Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Friedrich König

Theologia Positiva Acroamatica : Synoptice tractata, & in gratiam proficientium In Universitate Rostochiensi

Editio Octava, a plurimis, iisque foedis ac thesin corrumpentibus mendis & sphalmatibus, quibus superiores scatebant, singulari studio repurgata, Lipsiae: [Rostock]: Lipsiae: Wildius: Wittigau, 1691

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0001
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0002
DFG

THEOLOGIA POSITIVA ACROAMATICA,

Synopticè tractata,
& in gratiam proficientium
in Universitate Rostochiensi
adornata
à
JOHANNE FRIDERICO König/
SS. Th. D. & Prof. Primario, Consistorii Ducalis Assessore & Superintendente Mecklenburgico.

EDITIO OCTAVA,

à plurimis, iisque fœdis ac thesin corrumpentibus mendis & sphalmatibus, quibus superiores scatebant, singulari studio repurgata.

LIPSIÆ,
Sumptibus JOACHIMI WILDII,
Typis viduæ JOHANNIS WITTIGAU.
ANNO M DC XCI.

Th. 3103 a
D. J. Walter

526. 11.

Ex Bibliotheca Academica Rostochiensi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0004
DFG

NCLUTÆ AC LIBERÆ S.R.I.
CIVITATIS ET HANSEATI-
CARUM PRINCIPIS.

LÜBECÆ,

ORDINI ECCLESIASTICO
VENERANDO,

DNN. SUPERINTEN-
DENTI, SENIORI, PASTORI-
BUS AC SYMMYSTIS VIGI-
LANTISSIMIS, MERI-
TISSIMIS. TISSIMI

VIRIS

*Plurimùm Reverendis, Excellen-
tissimis & Præclarissimis,*

Dominis Fautoribus, Ami-
cis & in Christo Fratribus, per-
qvam honorandis,

JOH. FRIDERICUS König/D.
S. P. D.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0005
DFG

NOn eqvidem pro Doctoribus, sed in discentium gratiam adornatæ hæ pagellæ sunt. Haud tamen efficaciùs commendari illæ pubi Academicæ poterant, qvàm Vestro, VIRI PLURIMUM REVERENDI, præfixo nomine, qvod colunt ac venerantur omnes, qvibus eruditio & pietas curæ cordiqve est. Tua, amplissime PRÆSUL, Dn. D. HANNEKENI, in Ecclesiam merita, jam pridem æternitatis inserta fastis, nulla temporum obliterabit vetustas. Et

Et vestras, PRESBYTERI & SYMMYSTÆ VENERANDI, dotes, qvas benignissimũ Numen largâ in vos contulit manu, prædicant indigenæ, mirantur advenæ. Omnes ad unum id agitis, ut doctrinæ puritate, vitæ integritate & vigilantiâ in custodiendo nobili verbi depositο, cedatis nemini. Nihil do auribus Vestris. Novit ab adulationibus alieniſſimum me esse, qvi penitiùs me novit.

Sed & alia ad compellandũ Vos in opusculi hujus frontispicio me impu-

lerunt. Qvæ inter primas tenet comitas illa veſtra ac humanitas ſingularis, o-ctennio hoc, qvo in amœniſſimo & vobis vicino loco vixi, ubertim erga me demonſtrata. Nam ingreſſum primùm LÜBECAM veſtram non tantùm per venerabile illud deputatorũ ex Veſtro ordine par, DN. N. N. Engenhagen / & DN. M. H. Köhn / Fautores & Fratres meos in Chriſto plurimum honorandos, honorificè excepiſtis, & gratulationibus piis ac officiorum oblatione liberali ve-

veſtrum in me affectum, prolixè teſtati eſtis; ſed & ſeqventibus temporibus eundem Vos in me ſervaſſe animum, tot favoris Veſtri documenta me dubitare haud ſinunt.

Qvare ut & noſtri in fide conſenſus monumentum, & meæ erga Vos gratitudinis pignus aliqvod extaret publicè, hanc meam Theologiam poſitivam, qvæ etiam è Veſtris civibus auditores habuit, ſub præclari nominis Veſtri auſpiciis prodire in lucem volui. Qvam ut ſere-

nâ ſuſcipere fronte, ejusqve Autorem benevolentiâ veſtrâ porro complecti haud dedignemini, majorem in modum rogo: Deum precatus, ut Vos atqve Urbem veſtram, ejusdemqve Proceres ampliſſimos, egregio publico ſoſpitet, qvàm diutiſſime! Roſtochii, pr. Id. Apr. An. 1664.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

PRodit tandem, Lector benevole, in publicum, à multis hactenus expetita Theologiæ meæ positivæ Synopsis; qvam ante decennium hoc in Academia Gryphisvvaldensi primùm traditam, ne nunc qvidem, nisi graves obstitissent causæ, typis exscribi passus fuissem. Sed qvum præter commentationes in Genesin (qvas per DEI gratiam, præteritâ hyeme publicis lectionibus absolvi, perrecturus divinâ adjutus ope, pari fide, ad cæteros Codicis sacri libros) etiam privatis horis aliqvid agendum esset, & Studiosi aliqvot modò memoratæ Theologiæ Theticæ communicationem atqve explicationem acriùs urgerent, ut me dictandi, illos scribendi labore molesto liberarem, prælo eam, sed revisam & auctam, subjicere placuit. Successit sic feli-

feliciùs negotium; qvodq; exſcriptum à Typotheta, expoſitum poſtea per diſcurſus & diſputatum ſingulis ſeptimanis fuit. Methodum hic ſecutus ſum eam, qvæ accuratiſſima, atqve ob continuam articulorum cohæſionem memoriæ diſcentium juvandæ apprimè accommoda mihi viſa eſt. Qvoad cætera librorum Symbolicorum & Doctorum accuratiorum preſſi veſtigia.

Qvanta verò Theologiæ poſitivæ neceſſitas & utilitas ſit, vix dici poteſt. Plures neglectâ eâ, ſtatim ad Homileticam aut etiam Polemicam ſaltum faciunt: Socii Phaëtontis, & Icari germani. Atqve inde tot ſemidoctorum agmina, inter eos etiam, qvi Doctores ſalutari cupiunt. Inde tot pſittaci & graculi in ſuggeſtis noſtris, ſemetipſos ſæpè non intelligentes. Qvam ingeniorum peſtem, jam ſuo ſeculo deploravit B. Lutherus Noſter. Adſcribam verba ejus ex præfat. ſuper Poſtill. Johan. Spangenbergii, qvibus & Autores poſtillantes & poſtillis abutentes acriter perſtringit. Es wil iederman im Laden feil ſtehen / nicht daß er Chriſtum

stum oder sein Geheimniß wolle offenbahren / sondern sein eigen Geheimniß und schöne Gedancken / die er über Christi Geheimniß hält / nicht will umsonst gehabt haben / damit er hoffet auch die Teuffel zu bekehren / so er doch nie eine Mücke bekehret hat oder bekehren kan / wo nicht das verkehren das erste drinnen wäre. Aber gleichwol sind wiederum etliche faule Pfarrherren und Prediger auch nicht gut / die sich auff solche und andere mehr Bücher verlassen / daß sie eine Predigt daraus können nehmen. Beten nicht / studiren nicht / lesen nicht / trachten nichts in die Schrifft / gerade als müste man die Biblia nicht lesen / brauchen solche Bücher wie die Formular und Calender / ihre jährige Nahrung zu verdienen / und sind nichts denn Pfittig oder Dolen / die unverständlich nachreden lernen / etc. Ita etiam B. Affelmannus, celeberrimus qvondam in Academia hac Theologus, in præf. Synopt. manuduct. ad doctrinam de Prædestinat. *Istud autem*, inqvit, *est, qvod deploro: Studiosam juventutem hisce in oris septentrionalibus, magnam partem, lectionibus & disputationibus sus-*

susq; deqve habitis, qvàm primùm subsellia classica transscendit, POSTILLIS, POSTILLIS, unicè inhiare, & iis qvidem, à Poëtis magis, qvàm Prophetis elaboratis: iis se totos mancipare, maximo sui & Ecclesiarum, qvibus præfici eos aliqvando continget, damno. Hinc tot audiuntur sæpe textuum detorsiones absurdæ planè; & qvi aliter? qvùm falsa hæc tanqvam manna qvoddam reconditum & opiparas delicias ad pascendum auditorum animas sacris suis intriverint, & aliorum Theologorum scripta, qvia minus ad Pelidarum horum stomachum, fastidierint. Gemina his habet Antecessor noster, B. Dn. Dorscheus in præf. part. 1. Theolog. Zach. *Qvamprimum*, ait, *ex ea officina progressi sunt, in qva ad mediocrem cum linguis familiaritatem formabantur (in penitiorem enim amicitiam & nexus secretiores non descendunt) magna contentione festinant, ut aliqvo titulo superbiant. Igitur per qvædam compendia eunt in sapientiæ humanæ contubernium, & cùm paucula profastidientis stomachi captu degustârunt, nolunt jam intra illas angustias concludi. - - - - - - In eo potiùs laborant, ut brevi experiantur, an lingua sit animo expeditior, & an supi-*

ſupinam ignorantiam felici loqvacitate tegere poſſint. Nam ne profundiùs in DEI conſilia & illos beatiſſimos ſacrarum literarum ſinus introſpiciant, ſanctâ ſimplicitate prohiberi ſe perhibent. Itaqve nihil iis eſt, ut Plautino utar, confidentiloqvius, ut illo tandem imbuantur habitu, qvem reverentur omnes. Unde ſemidocti crudæ adhuc ſtudia propellunt in templa artificioſiſſimi ſcriniorum alienorum expilatores. Nec deſunt, qvi eo die, qvo ſacri muneris impetrati deſideratiſſimum nuncium acceperunt, nuncium miſerunt iis cæris, qvas ad firmandas in Divinis conſiliis mentes Academia inſtruit. Scilicet magno animo hoc agunt, ut parum adferant animi in ſuggeſtum, multum ſoni, meræ tintinnabula. Hæc ille. Nobis etiam, ut ex aviis iſtis in orbitam cogerentur flexiles diſcentium mentes, danda hactenus fuit opera. Atqve horſum inter alia ſpectat Theologia hæc poſitiva, paulò ordinatior edita. Faxit æternum Numen, ut labor hic noſter aliqvid afferat fructus *ad compactionem ſanctorum, ad opus miniſterii, ad ædificationem corporis Chriſti. Donec perveniamus nos omnes in unitatem fidei & agnitionis Filii DEI, in virum adultũ ad menſu-*

suram plenæ staturæ Christi: Ut, ne simus amplius pueri, qui fluctuemus & circumferamur quovis vento doctrinæ, in hominum alea, per veteratoriam ad artificiosè fallendum versutiam: Sed sincerè nos gerentes in charitate prorsus adolescamus in eum, qui est caput, nempe Christus, (a) *DEUS super omnia benedictus in secula* (b) *AMEN.*

(a) Eph. IV, 12, seqq. (b) Rom. IX, 5.

Ad

Ad Dnn. Bibliopolas & Typographos.

NOlo vos latere, plenariam & hæreditariam imprimendi & vendendi hancce Theologiam positivam b. D. D. Johannis Friderici Königs copiam mihi ab ipsius hæredibus, solutâ illis certâ pecuniæ summâ, nuper factam esse, adeoqve me prædictum libellum ut meum possidere peculium. Qvare vos omnes & singulos amicè rogo moneoqve, ne qvis vestrûm post hac, me inscio, pote-

potestatem recudendi seu publicè ac privatim vendendi, librum huncce sibi arroget. Sin verò aliqvis vestrûm præter omnem spem talem sibi sumet licentiam, illum certissimè edoceo, qvòd intra brevissimum temporis spatium libellus iste qvàm maximè auctus sit proditurus, adeo ut ille, qvi ullos sumtus impressionis hujus libri fecerit, nil nisi grande inde capturus sit damnum. Valete!

V. Studiosissimus

JOACHIMUS WILDE,
Bibliopola Rostochiensis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0018
DFG

1.) Pars extra essentialis, agit de disciplina tractanda.

2) est Pars essentialis, tractat ipsam rem.

Si in Ogia pponunt credenda et agenda sequitur, quod Ogia ~~sit~~ non sit ~~doctrina~~ ~~p~~ mere practica, d' Theoretico practicq siquidem in Ogia dant qua ducunt ad cognitionem ultimo.

F i.e. Sermonem de Deo habere. Disserere ex usu loquendi sermonem de Deo rebusq divinis.

IN NOMINE JESU!

DE THEOLOGIÆ PRÆCOGNITIS.

§. 1.

UNiversa Theologiæ tractatio commodè dividitur in præcognita & systema ipsum.

§. 2. Præcognita duabus expediuntur sectionibus, qvarum prior προθεωρίαν generalem, posterior præcognitionem momentorum specialium complectitur.

DE PROTHEORIA GENERALI.

§. 3. Προθεωρία generalis est, qvæ universæ Theologiæ faciem ac habitum ὡς ἐν συνόψει & velut in tabula sistit.

§. 4. Absolvitur hæc ὀνοματολογίᾳ & πραγματολογίᾳ.

§. 5. Theologia dicitur ἀπὸ τοῦ θεολογεῖν, // estqve vi vocis nihil aliud, qvàm λόγος περὶ τοῦ θεοῦ. //

§. 6. Vocatur aliàs ἔκθεσις τῆς τοῦ θεοῦ ὁδοῦ Act. XVIII, 26. *Forma doctrinæ* Rom. VI, 17. *Sapientia DEI in mysterio* 1. Cor. II, 7. *Cognitio veritatis, qvæ est secundum pietatem* Tit. I, 1. &c.

§. 7. Accipitur (1) vox Theologiæ vel *impropriè* & *abusivè*, vel *propriè*.

§. 8. *Impropriè* accepta notat Theologiam *falsam*, eamqve vel *Diabolorum*, vel *hominum* à Diabolo seductorum.

§. 9. Theologia *Diabolorum* triplex est: *Concreata*, *revelata*, *experimentalis*, ut infrà ex L. de Angelis innotescet.

§. 10. Theologia *hominum* à Diabolo seductorum est vel *Ethnica*, vel *Judaica*, vel *Samaritana* vel *Turcica*, vel *Pseudo-Christiana*, cujus surculi sunt Matæologia *Hæretica*, *Schismatica*, *Syncretistica*, *Sceptica*.

§. 11. In significatu *proprio* notat vox Theologiæ Theologiam *veram*, qvæ in ἀρχέτυπον & ἔκτυπον distingvitur.

§. 12. Ἀρχέτυπος est Theologia exemplaris essentialis, qvæ in DEO est per essentiam, in humana Christi natura per unionis gratiam. Coloss. II, 9.

§. 13. Ἔκτυπος est Theologia ex exemplari expressa, creata & accidentalis.

§. 14. Est hæc vel *humanæ Christi naturæ*, vel *Angelorum bonorum*, vel *hominum* ψιλῶν.

§. 15. Theologia ἔκτυπος *humanæ naturæ Christi* est Theologia habitualis, finita, subjectivè, in gradu tamen eminentiori, illi inhęrens, Luc. II, 52. non confundenda cum archetypa illa, Christi humanæ naturæ per unionem personalem communicata.

§. 16.

Non ob Electionem, quae vis est actus voluntatis, quis e nominandus Haereticus, d. eam causam, quia eligit falsam sententiam ex falsis traditionibus aut ex aliorum falsorum Auctorum approbatione minime v. ex Codice sacro, ex quo Thesis nostra tanquam ex fonte hauriunt.

§. 8. Distinctio Theologiae falsae in eam, quae est Diabolorum et hominum seductorum est aequivoci in sua aequivocata.

[illegible]

quod detur diabolor: Theolog. affirmat. Jacob. 2.

Theologia Diabolorum falsa e non formaliter sed materialiter. i.e. Theologia illis concreata a Deo non e falsa. illi v. eam Theologiam variis erroribus permiscuerunt.

ut paucis verbis describantur Syn: errores. Schismat: separat quae non sunt separanda, Syncretistae v. combinant ea quae non consentiunt Codice sacro.

Theologia vera est, quae in omnibus doctrinis consentit cum Scriptura sacra, Θεωρία Αὐτοκελευστικὴ [illegible] naturalis [illegible] Theologia falsa, quae ex omni parte falsa e cum nullis veris doctrinis convenit.

Is solus usitatus Theologus e nominandus qui ex revelatione div: i.e. ex Codice sacro via dedicae.

ad cujus imitationem aliquid proscribitur exemplar e.

§. 14. Hominum Διάλων Θεωρία ἐκλυπος n. e. hominum sibi relictorum d. in oppositione ad Christum Θεανθρωπον considerationum, quae sc: in hac vita peregrinantur quasi Gen. XLVII. 9 et Ebr: XIII. 14. donec fides in Christum et per efficaciam sufficientissimi λύτρου ad aeternam perfectionem feliciter transeunt

Howenus in L. 1. Cap. [illegible] rejicit hanc distinctionem.

Denn ich sage euch: Ihre Engel im Himmel
sehen allezeit das angesicht meines Vaters
im Himmel.
Eph. III. 10. Auf daß jetzt kund würde den
Fürstenthümern und Herrschaften in dem
Himmel an der gemeinen Weisheit
Weisheit etc. 1 Pet. 1. 12. Welches offenbahret
ist, kann sie haben oder selbst sondern uns dar-
gethan, welches nun verkündiget ist durch
die Euch das Evangelium verkündiget habe durch den
Heil. Geist vom Himmel gesandt, welches auch die
Engel gelüstet zu schauen.
2 Cor. V. 7. 8. Denn wir wandeln im Glauben und
nicht im Schauen, wir sind aber getrost und
haben vielmehr Lust, außer dem Leibe zu wallen
und daheim zu seyn beyde Ehre. 1 Pet. 1. 7. auf
daß euer Glaube rechtschaffen, und viel köstlicher erfunden
werde, denn das vergängliche Gold, das durch
bewahret wird, zu Lobe, Preiß und Ehre, wenn
nun offenbahret wird Jesus Christus.

Theologia immediate ἐλλάψεως. nec m̄ ulla
revelatio ἐλλάψ: hodie ~~non~~ est expectanda a Deo
quia Deus non promisit.

Th. Nullum hic intercedit inter theo-
logiam immediate ἐλλάψεως et mediate
ἐλλάψεως, discrimen materiale, nisi
ut differat tantum ratione modi revelationis
immediatam ἐλλάψιν habuerunt Pro-
phetae in V. T. Evangelistae v. et Apostoli
in N. T. et quidem l. 1 per ἐκσάσιν et visi-
ones. 1 Cor. XII. Act. X. ubi agitur de exo-
ratio apostolorum. Exod. XXVI. 30. l. 2 per informa-
tionem. XII. 6. Dan. VII. l. 3 per verba ipsius
dei ex nube loquentis, e. g. quomodo Deus
Moses a facie ad faciem, deinde ex nube
supra ἐλάσηρον loquebat. Theologia
mediate ἐλλ: est quando reliqui viri dei via qua
ipsis ipsis dictitabat scripserunt.

§. 16. Theologia ἔκτυπα *Angelorum bonorum* est tùm *concreta*, tùm *accessoria*, eaqve tùm *intuitiva*, Matth. XIIX, 10. tùm *experimentalis*, Eph. III, 10. 1. Pet. I, 12.

§. 17. Theologia ἔκτυπα *hominum* ψιλῶν alia *viæ & viatorum*; alia *patriæ & beatorum* ac *comprehensorum* est.

§. 18. Theologia ἔκτυπα *viatorum* alia est in statu *ante lapsum*, alia in statu *post lapsum*.

§. 19. Theologia *viatorum* in statu *ante lapsum* est vel *concreata*, Col. III, 10. vel *concreatæ superadditæ* seu *revelatæ*, Gen. II, 16. 17.

§. 20. Theologia *viatorum* in statu *post lapsum* est vel *naturalis*, vel *supernaturalis* seu *revelata*.

§. 21. *Naturalis*, est vel ἔμφυτος seu *insita* per modum habitus connati, Rom. II. 14. 15. vel ἔκτυπος Rom. I, 18. Actor. XVII, 27. cap. XIV, 15.

§ 22. Theologia *revelata* alia *immediatæ*, alia *mediatæ* ἐπιφάνειας est.

§. 23. *Hæc* est vel *Catechetica* seu rudior, qvalis reqviritur in omnibus Christianis, Hebr. V, 12. 13. c. VI, 1. 1. Cor. III, 2 vel *Acroamatica* & accuratior, qvæ est doctorum & ministrorum verbi, Hebr. V, 5. 12. 14. 1. Cor. III, 2.

§. 24. Et *hæc* qvoad modum tractandi est vel *Exegetica*, qvæ in explicatione textuum sacrorum occupata, vel *didactica* strictè sic dicta, qvæ locos Theologicos ordine & systematicè pro-

proponit, indeq́ve *systematica* dicta; & thesin præcipuè auditoribus inculcat, indeq́ve *thetica* appellata: vel *Polemica*, qvæ controversias Theologicas tractat κατασκευαστικῶς καὶ ἀνασκευαστικῶς: vel *Homiletica*, qvæ perorando in suggestu ad populum exercetur: vel *Casualis*, cujus est enodare casus conscientiæ dubios: vel Theologia *regiminis Ecclesiastici*, qvæ versatur circa disciplinam Ecclesiasticam, visitationem, Synodos, Consistorialia &c.

§. 25. Theologia *Patriæ* & *beatorum* est perfectior illa cœlestis Academiæ lux, in altera demum vita obtinenda 1. Cor. XIII, 12. 1. Joh. III, 2.

§. 26. (2) Accipitur vox Theologiæ vel ὁλικῶς pro universa doctrina de DEO & rebus divinis: vel μερικῶς pro ea cœlestis doctrinæ parte, qvæ de DEO in essentia unô, & in personis trinô agit.

§. 27. (3) Sumitur eadem vel ἐσιωδῶς & *absolutè*, qvâ est habitus animi; vel συμβεβηκότως. *accidentaliter* & *relatè*, qvâ doctrina vel disciplina est.

§. 28. Hoc locô accipitur vox Theologiæ de Theologia verâ ἐκτύπῳ, viatorum in statu post lapsum, revelata seu supernaturali, acqvisitâ, eaq́ve Acroamatica, & qvidem ὁλικῶς & ἑκτικῶς, ac ratione modi tractandi θετικῶς spectata.

De ΠΡΑΓΜΑΤΟΛΟΓΙΑ.

§. 29. Πραγματολογία absolvitur *principio*

Theologia exeget: est l. theoretica l. practica, in Theol. exeg. theoretica docet methodus commode interpretandi Scram, Practica v. applicat hanc methodum ad interpretandam Scram S. quae v. omnia reiiciunt a Fanaticis, Spiritum suum internum sequentibus, sed incertitudo talis interpretationis ex spiritu interno omnium est manifesta. siquidem ex post: Pet. 1. apparet, dub. stetisse [illegible] omnia [illegible] nihil [illegible]

falsitas. erucat

vel: ut ~~erucat~~ ~~veritas~~ Antitheseos, vel ut veram Thesin illi incalcem sit tractat Logia Polemica.

Requirunt itaq certas quaedam regulae hermeneuticae, quae opem nobis ferre debent, probe v. notandum hasce regulas ~~ex~~ ces in Scra S. v. contineri, et in ex ratione sunt petendae.

Exempl: regulae cujusdam hermeneutica in Scra S. contentae continet Rom. [illegible] quo ex dicto sequentem merito formamus regulam; quaedam interpretatio debet esse conformis analogiae fidei.

alia regula in Scra contenta: ~~Es~~ ist Enim [illegible] ex hoc ita argumentamur, l. Scra per Scram est interpretanda.

Theologia moralis non est tantum corrigit mores, quae in communi vita vocabula hocce exprimunt, et nihil aliud denotant. quam requisita ad ~~th~~ certe, et quidem commode vivendum, sed in internas animi affectiones ac inclinationes.

hanc sequitur Theologia casual: quaeritur, quodnam intercedat inter Theol: moral: et casual: intercedat discrimen R. differunt ut latius et angustius, Theologia moralis latius est valde directi, quia versatur circa ~~corrigenda~~ ~~of~~ recte formandos ac instituendos mores omnium in universum Christianorum, haec v. Theol. cas: ~~versat~~ ~~intm~~ ~~in~~ docet et circa agenda, et circa credenda, prout dubium nobis occurrit; ~~[illegible]~~

Principiū siendi Theologiæ efficiens ē, à quo aliquid simpliciter dependet

Agens (Principalis) ē q̄ influit in effectū virtute tanta, quanta ad producendū illū effectū requiritur.

die in mittel ursache, od das mittel.

die dienen Gottes Gewalt [illegible] den Ottes Lehre vortrag lassen.

Ebr: 1. 2 Cor XII 28

der mittel und zweck der letzte — —

cipiorum enumeratione, subjecti evolutione, definitione, methodi recensione, divisione.

§. 30. *Principium* Theologiæ est vel *fiendi*, vel *essendi*, vel *cognoscendi*.

§. 31. Principium *fiendi*, à qvo Theologia dependet in fieri, & producitur. Estqve vel *efficiens* vel *agens*.

§. 32. Causa *efficiens* Theologiæ est vel *movens* vel *agens*.

§. 33. *Movens* est vel *interna*, DEI sc. bonitas & misericordia: vel *externa*, nostra post lapsum ignorantia & miseria.

§. 34. Agens est vel *principalis*, vel *minùs principalis*.

§. 35. *Principalis* est DEUS Uni-trinus, Jac. I, 17. 18. Matth. XVI, 17. 2. Tim. III, 16. 2. Pet. I, 21.

§. 36. *Minùs principalis* est vel *instrumentalis*, vel *ministerialis*.

§. 37. *Instrumentalis* est verbum DEI scriptum.

§. 38. *Ministerialis* sunt tùm Scriptores immediatè θεόπνευστοι, tùm horum discipuli & successores.

§. 39. *Finis* Theologiæ vel est *intermedius* vel *ultimus*.

§. 40. *Intermedius* est vel *externus*, Fides; vel *internus*, operatio sc. Theologi ad finem obtinendum directa, 2. Tim. III, 16. 17.

§. 41. *Ultimus* est (1) vel *absolutè* talis, gloria DEI: vel *secundùm qvid* talis, æterna hominum salus, Joh. XX, 31.

§. 42. (2) Est vel *Objectivus*, ipse Deus, vel seu *formalis*, DEI nempe fruitio & glorificatio.

§. 43. Principium *essendi* est Theologiæ *materiâ & forma*.

§. 44. *Materia*, ex qva Theologia constat, sunt veritates Theologicæ.

§. 45. *Forma* Logica est differentia specifica è definitione petenda: Metaphysica, est tota definitio & qvidditas Theologiæ.

§. 46. Principium *cognoscendi*, è qvo omnia in Theologia primò deducuntur, & in qvod ultimò omnia resolvuntur, hoc unicum est: *Qvicqvid Scriptura sacra docet, divinitùs inspiratum, adeoqve infallibiliter verum est.*

§. 47. *Subjectum* Theologiæ aliud *inhæsionis*, aliud *occupationis* est.

§. 48. *Inhæsionis* est vel QVOD vel QVO.

§. 49. Subjectum inhæsionis QVOD est homo Theologiæ habitu imbutus, & à Theologia Theologus denominatus.

§. 50. Subjectum inhæsionis QVO *immediatum* intellectus, *mediatum* anima Theologi est.

§. 51. Subjectum *occupationis* est vel *generale* seu *considerationis*, vel *speciale* seu *operationis*.

§. 52. *Generale* est universa religio vera, & qvicqvid omninò considerationis Theologicæ est.

§. 53. *Speciale* seu *operationis*, in qvod finis per certa media introduci debet, est homo lapsus ad Deum reducendus.

§. 54

Objectum ꝛc. cuius gratia perscribunt media ad finem consequendum necessaria. ꝛc. formalis. ꝛc. id ipsum objectum, cui finis iste comparatur, ad quem dirigitur ipse finis.

Aug. 46. Requisita principii cognoscendi, i. competunt scripturae. 1) prioritas, nam Ecclesia ex scriptura sanctorum nec datur ad altius l. superius principium provocatio est n. ipsum altissimum Dei verbum. 2) Claritas, nam est clara et perspicua in rebus ad salutem necessariis, et in eum finem mandata, ut nos de salute nanascenda erudire debet. 2 Pet: 1 Ag. 3) Infallibilitas veritatis, quia est verbum veracis Dei. Qui mentiri et fallere nequit, porro quia fidem infallibiliter gignit, in non resistente maligniter, tandem quia inde deductae conclusiones verissimae infallibiles sunt, sed siquidem conclusiones Ecclesiae ad scriptura velut principia cognoscendi sunt scripta Prophetica et Apostolica. Ubi notandum, quod Prophetas intelligi sensu latiori omnes scriptores sacros, quae ante Christum scripserunt, et de ipso l. directe l. indirecte vaticinati sunt; et per Apostolos omnes scriptores N. Testamenti tanquam à Christo missos. Alias Prophetis strictiori sensu sumtis opponuntur Moses et Psalmi, et Apostolis Evangelistae.

Esaia 8. p. 20. Ja nach dem gesetz u. zeugniß.
2. Tim: 3. p. 15. 16. Weil du von Kindheit auf die heil. Schrift.
Judicium lapidem sunt examinanda. 4. Qualitas in ordine ad concludendum, n. v. omnes Articuli fidei ex scriptura derivantur, et in scriptura resolvuntur. Notandum 1. quod scriptura proponat veritates (non solum Naturae Ecclesiae d. e. Mat. XX. 31. 46 ubi deitas Christi probatur ex consequentia Phraseos davidicae, deus dixit ad Dominum meum.

Act: XX. 27.
Cui aliquid praescribitur ad finem obtinendum,

Gitelletg. 2 Tim: 2 Tim: III. 14.
Everbo Dei scripto Es. VIII. 20. Gal. 18
Es: XXXIV. 16. Rom: I. 16.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0032
DFG

§. 54. *Definitio* Theologiæ hæc est: *Theologia est habitus intellectus practicus, è verbo Dei scripto de veræ religione hausitus, ut ejus operâ homo peccator per fidem ad vitam perducatur.*

§. 55. *Methodus* tractandi Theologiam, cùm hæc è numero habituum practicorum sit, *analytica* est, à cognitione finis & subjecti ad principia, à qvibus, & media, per qvæ finis introducitur, procedens.

§. 56. Inde rectissimè *tres* Theologiæ *partes* constituuntur, qvarum *prima* de *fine* tùm *Objectivo*, DEO; tùm *formali*, DEI nempe fruitione seu vita æterna: *altera* de *Subjecto* operationis, homine scilicet lapsô ad Deum reducendo: *tertia* de *Principiis* salutis & *mediis* ad hunc finem spectantibus agit.

DE PROTHEORIA SPECIALI.

§. 57. Protheoria momentorum specialium tribus absolvitur capitibus: Qvorum *primum* de Christiana religione; *alterum* de Scriptura sacra; *tertium* de veritatibus seu conclusionibus Theologicis agit.

CAP. I.

DE RELIGIONE CHRISTIANA,

§. 58. *Religio* à *religando* dicitur, qvia vinculum ipsa est, qvô avulsi priùs per peccatum à Deo eidem redunimur.

§. 59 Accipitur vox *religionis* vel *impropriè* vel *propriè*.

§. 60. *Impropriè* sumitur (1.) pro eo, qvod nefas dicitur (2) pro falsâ religione. (3.) pro superstitione; qvomodo concedere possumus Papistis, statum monachalem religionem posse dici. (4) in specie, pro veneratione religiosa ejus, qvod DEUS non est. Col. II, 18.

§. 61. *Propriè* significat veram rationem Deum colendi; eamqve vel *Paradisiacam*, qvæ in statu ante lapsum fuit; vel *Christianam*, qvæ post lapsum obtinet.

§. 62. Atqve hæc accipitur vel μερικῶς, vel ὁλικῶς.

§. 63. Μερικῶς accepta modò cultum primæ tabulæ, Exod. XII, 26. modò secundæ, ut Jacob. I, 27. denotat.

§. 64. Ὁλικῶς sumta complectitur omnia, qvæ in Theologia traduntur, sive credenda ea sint, sive agenda. Atqve hæc significatio h. l. est.

§. 65. Græcis dicitur θρησκεία & θεοπρέπεια.

§. 66. Causa Religionis *principalis* Deus est: *ministerialis* Prophetæ, Apostoli & horum successores sunt. Act. XX. 27.

§. 67. Principium ejus *normativum* est solum Dei verbum, & qvidem hodiè, exstante integro Canone, tantùm scriptum. Esa. VIII, 20.

§. 68. *Objectum* Deus unitrinus est Deut. VI, 13. X, 20. 21. Matth. IV. 10.

§. 69. *Materia*, ex qva constat religio, sunt fides & charitas.

Materia in qva s. Subjectum est voluntas hominis, hanc enim religio afficit et perficit ut Theologia intellectum

§. 70.

Religio improprie ij aliter accipit apud Latinos se-
p scrupulo conscientiae et timore Numinis, hinc qq
generalis p timore quovis et anxia cura accipit
2) apud Pontificios p certa regula vivendi, cui
se homines metu irae divinae sub voto p sertim
ytinentiae, paupertatis et obedientiae se alligant.

Haec religio tantum talis dicit, quaque seperinde
illis qui Deo obligatum credit.

Christiana Religio pt. dici 2 modo. 1. ij quatenus
parta e p Xtum nova colendi Deum obligatio et facultas
sic omnis vera post lapsum Religio pt. dici Xtiana.
2) quatenus a Xto in diebus carnis e tradita, illamque mundo
exhibitum p supponit, et sic haec vox propria e N. Testamento
Act: ii. 26.

F Credenda significant causam et modum obligationis nostrae erga Deum
et sic ea quae Deus exhibuit nobis.
Quanquam Theologia et religio ὁλικῶς sumta videantur
eo eadem tn: differunt ut πρᾶξις et θεωρία.
Θεωρία e Theologia propria et hinc Theologus e quin-
vit obligationem erga Deum.
Πρᾶξις e Religionis et hinc religiosus e p obligationem
erga Deum observat.
Synon: Lat: Christianismus.

Es ist verkündigt haben allg. d. Zeitg. Ottinel.

Canon sr. regula s. forma, quo nomine omnes libri Bi-
blici θεωρεύσεις sunt sumti intelliguntur.
Objectum Religionis e id, cui obligamur.

in sensu ttm metaph[illegible] ere possem
Thatenia ex qua.

si Xstianismus statu signi
in quo vivit, sic tunc Xstianismus
fides essentialiter ptinet.

Religio in duplici[ter] à Theologis accipit. 1) pro ipsa obligatione erga Deum. 2) pro eo ad quod obligamur. i.e. cultu Dei.
Verbum Dei tradum scriptum de principiis cognoscendi religionis, ya cu olim l. nonnulli l. pauci l. nondu Dei libri Biblici scripti essent, varijs modis se ostendit Scriptt. Deus revelavit suam de rebus Salute patefecit voluntatem, donec ultimum revelationem per filium et Apostolos Spiritu Sanctus illuminatos, addidit, nullamq; alteram futuram promisit, ideoq; in solo verbo Dei scripto acquiescendum est.
Redemptio hominis cum Deo fit 2 modo. (1) dum sit creatura glorificatae nostri, et sic redemptio est tanta sibi gratis (2) Sanctificatae gratiae Dei reparatam suam in nobis restituit, et sic redemptio est etiam caritatis finis.

Nota à notando nomen Abt, quod prig, qm id q. ingens, cognita et nota sint, et per illas ad rei cognitionem recurrit.
Veritas Etiam est rebus, quam ipsam notitiam, qa per notas in quibus Dei descendit debet, notitiq; cognitionalibus cum voluntate divina morbo Dei revelata est nota revelatus.

Symbolum 1) proprie dictum signaculum aut tesseram grandam militarem, sive civilem ex contractu datum. Hinc 2) formula, qua Christiani mutuo tesserae appellata Symbolum.
3) Symbolum illud ab initio factum, per ubiq; ipsidem recepta fuit verbis, sic per Ecclesias variatis, cui successu temporis ex variis fidei articulis coepta est disputari ex Scriptura Sacra addita à Patribus, partes aut verba quaedam sunt, quae se invicem explicarent.
4) Symbola Ecclesiae 1. recta accipienda, quasi singularium fidei articulorum creditu necessariorum summam explicarent, attamen, si quid aliquid in ipsis reperiri certum est.
5) Confessio aliqd in alio 1) formaliter et explicite quando dicit se enarrare. 2) virtualiter et implicite, qm vere non intendit continetur posteriori modo in quovis Symbolo, in quibus omnium articulorum summa [illegible] non quaeritur.
Occumenica Symbola 1) quae tota Ecclesia [illegible] terra habitabilem i.e. totius Romanum Imperium (cui [illegible] terminos plerumq; [illegible] recepta sunt.
6) Particularia dicuntur nostra Symbola, quae in fidem ab unius Ecclesia diversam profitentur, sive qua talia sunt à parte tantum aliqua Diocesis aquirita et approbata sunt.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0036
DFG

§. 70. *Forma* est congruentia cultus cum voluntate Dei verbô revelata.

§. 71. *Finis* est DEI gloria & hominum cum DEO redunitio.

§. 72. *Definitio* hæc est: *Religio Christiana est ratio colendi Deum verum fide in Christum, & caritate erga Deum & proximum, secundum verbum scriptum, ut homo à Deo avulsus Deo reduniatur.*

§. 73. *Affectiones* religionis Christianæ sunt (1) Divina sublimitas (2) Unitas (3) perfectionis singularitas (4) veritas (5) sanctitas (6) necessitas (7) utilitas (8) antiqvitas (9) invisibilitas (10) perpetuitas (11) spontaneitas (12) sortis varietas.

§. 74. *Notæ* religionis veræ sunt affectiones modò enumeratæ, imprimis *veritas*, in exacta ejusdem conformitate cum verbo DEI scripto consistens, & efficacia in gloria Dei illustrandâ, in urgendo pietatis studio, in conscientia tranqvillandâ & *εὐσταγία* procurandâ.

§. 75. Summa Religionis veræ continetur in *Symbolis* Christianam fidem exprimentibus.

§. 76. Sunt hæc vel *antiqviora* & *Oecumenica*: vel *recentiora*, & ratione minùs solemnis approbationis *particularia*.

§. 77. *Symbola antiqviora* & *Oecumenica*, ubique inter Christianos recepta, eaqve potiora, sunt Symbolum *Apostolicum*, *Nicænum*, *Constantinopolitanum*, *Ephesinum*, *Chalcedonense*, ut & *Athanasianum*. *Recentiora*, & ratione minus so-

A 5 lemnis

lemnis approbationis particularia, sunt, *Augustana Confessio*, eaqve invariata, *Apologia* ejusdem, *Articuli Smalcaldici*, *Catechismus* utervqve *Lutheri* & *Formula Concordiæ*.

§. 78. *Oppositæ* Religionis Christianæ sunt Atheismus, seu nulla religio, falsa religio, nec non erroneæ opiniones periculosæ, licet non præcisè fundamentales.

CAP. II.

DE PRINCIPIO THEOLOGIÆ COGNOSCENDI.

Seu

de SCRIPTURA SACRA.

§. 79. *Principium cognoscendi*, è qvo omnia in Theologia primò deducuntur, & in qvod ultimò resolvuntur, diximus esse propositionem istam: *Qvicqvid Scriptura sacra docet, divinitùs inspiratum, adeoqve infallibiliter verum est.* Qvatenus itaqve mediante hac propositione Scriptura Sacra principium cognoscendi est, ad prægognita Theologiæ pertinet.

§. 80. *Scriptura* ita dicitur ab actu causæ ministerialis divinitùs directô, externâ scil. scribendi actione.

§. 81. *Sacra* appellatur (1) ratione *causæ efficientis*, & qvidem tùm *principalis*, qvæ est ipse Deus: tùm *ministerialis*, qvæ sunt sancti DEI homines 2. Pet. I, 21. (2) ratione *objecti*, qvod sunt res sacræ (3) ratione *finis* & *effectûs*, qvi est sanctificatio Joh. XVII, 17. (4) ratione *affectionis propriæ*, qvâ

(i) Nicenū et Constant: Symbolū idem ſ. niſi q; Symbolo, ut à Nicænis patribus
ſtatum eſt, verba ibidem adjecta ſunt à Conſtantinopolitanis, ſ. circa
in articulo tertio ubi nempe quod Spiritui S. nomen Deꝰ. Nec Epheſini et
Chalcedonenſes Patres peculiare Symbolū ediderē, ſed decreta tantum
circa controverſiam de persona Chriſti.

(ii) Athanaſium. Symbolū ſub nomine Athanaſij celebris Alexandrinorū Epi.
ſcopi, à nemine ſ. Arianis oppoſuit ſe vulgo creditū. Nec mi hiſtoria
Athanaſij, nec primis poſt eū ſeculis ulla ejus rei mentio extat, nec à Græcis
agnoſcitur genuino, ſed apud Latinos circa ſeculū decimū tertiū nondum
ut adeo incerta ſit origo ſub ſplendorem ſui Athanaſij nomine in ordinem recepti

Macedonianos ſpiritū ſanctū deū dicentes
Eph: Sym: vid: Sec: V. A: 3. in Conc: Eph: hab tympal: Theod: fun
damentum vſque ad negantes. Chalced: conūn natū
eſt: Quod Sec: V. A: 5. contra Eutich: Duarū in Xto
naturarū vnionem ac commixtionem Alexan
drinus dictū ſic ab Athanaſio Sec: IV. Alexandrino
Epiſcopus

Joh 20: 21 Dominus
Gnad ſind die geſchrieben, die ſind geſchrieben, daß
ihr Jhm glaubt, daß Chriſtus ſeye
Rom: I. 16. Das Evangelium muß ihr Evangelium
ſeyn, denn nicht mein Creatur allein, ſondern
mein Heiland, mein Erlöſer, mein Herr.
II Tim: III. 15. Die heilige Schrift kann dich
2 Pet: I. 19. 20. 21. Ihr habt noch ein feſteres prophetiſch
Wort, das ihr thut wohl, daß ihr darauf
ſehet, als auf ein Licht, das da ſcheinet
in einem dunklen Ort, bis der Tag
anbreche, und der Morgenſtern aufgehe
in eurem Herzen. Denn es iſt noch
keine Weiſſagung in der Schrift, die
jemand ſelbſt deuten kann. Denn es iſt
noch nie keine Weiſſagung aus menſchlichem
Willen herfür gebracht worden, ſondern
die heiligen Menſchen Gottes haben geredet
getrieben vom heiligen Geiſt.

[redacted] Commendatio
Scriptura ſ. tria, ſcilicet verbum Dei ſacra
menta &c.

Gnad ſind geſchrieben, die ſind geglaubt, die ſind
geſchrieben, daß ihr Chriſtus ſeyd der Sohn

qvà ab omnibus non solùm profanis, sed etiam ecclesiasticis scriptis est separata.

§. 82. Accipitur (1) vel γενικῶς & *impropriè*, pro omnibus libris in codice biblico extantibus, sive canonici illisint, sive apocryphi; vel εἰδικῶς & *propriè*, pro solis Canonicis V. & N. Testamenti libris.

§. 83. (2) Sumitur vel *præcisè*, qvà vel verbum divinum est; qvomodo dicimus Scripturam esse antiqviorem Ecclesiâ: vel *qvà literis consignatum est*, qvomodo Scriptura est posterior Ecclesiâ: vel *complexè*, qvà & ut verbum Dei & ut literis consignatum consideratur. Hoc loco in sensu speciali *complexô* accipitur.

§. 84. *Synonima* Scripturæ sunt *liber Jehovæ*, Esa. XXXIV, 16. *eloqvia* Dei, Rom III, 2. &c.

§. 85. *Causa efficiens* Scripturæ est vel *principalis*, vel *ministerialis*.

§. 86. *Principalis* est DEUS unitrinus, inspirans non tantùm res, sed ipsa etiam Scripturæ verba 2. Pet. I, 21, 2. Tim. III, 16. Nefas ergò sit dicere: *Barbarismos & Solœcismos dari in ulla sacri Codicis parte.*

§. 87. *Ministerialis* sunt Prophetæ, Evangelistæ & Apostoli, in ipso scribendi actu ob divinam, eamqve immediatam ἐπίπνευσιν errare prorsus nescii. ll. al.

§. 88. *Materia* Scripturæ est vel *ex qva*, apices sc. literæ, syllabæ, verba, libri, qvibus constat; vel *circa qvam*, res nempe divinæ, qvarum

sum-

summa LEX & EVANGELIUM, *nucleus* ipse JESUS CHRISTUS est.

§. 89. *Forma* Scripturæ alia *interna*, alia *externa* est.

§. 90. *Interna* est sensus Scripturæ, qvi in genere est conceptus divini intellectus de mysteriis divinis, scriptione nobis communicatus, qvantum ad salutem sufficit.

§. 91. Estqve vel *literalis*, vel *mysticus*.

§. 92. *Literalis*, vel *propriè* dicitur, vel *impropriè*.

§. 93. *Impropriè* dictus est is, qvem verba in propria & nativa sua significatione gignunt, etiamsi intentioni dicentis minus congruat. Dicitur rectiùs sensus literæ, qvàm literalis.

§. 94. *Proprie* dictus sensus literalis est is, qvem Spiritus S. ipse verbis θεοπνεύστοις, sive ea propria sint, sive tropô aliqvô affecta, proximè intendit exprimere.

§. 95. De eo hic tenendus est Canon: *Unius dictionis ratione unius ejusdemq; subjecti, ex intentione ac mente Spiritus S. formaliter non nisi unus literalis per se intentus sensus est.*

§. 96. Sensus literalis est vel *proprius* vel *figuratus*.

§. 97. *Proprius* est, qvi proximè intenditur à Spiritu S. in verbis propriis.

§. 98. De eo hic Theologorum canon observandus est: *Sensus literalis proprius semper, imprimis ubicunqve articulus fidei ex professo traditur, arctè tenendus, nec deserendus unqvam est, nisi in ali-*

Joh. XX 31. diß alles ist geschrieben, do ihr
glaubet Jesus sey Ritz

Paralelismus verbalis et Realis ab invicem distinguntur.

Paralelismus est l. realis. l. verbalis.

Realis est quando de eadem re agitur in iisdem rebus si in eisdem si aliis verbis.

Sensus mysticus triplex est Pontificijs Allegoricus, Tropologicus et Anagogicus.
Allegoricus est, qui in libris V. T. occurrens indigitat aliquid, quod ad Xtum et Ecclesiam N. T. pertinet.
Tropologicus, qui pertinet ad mores
Anagogicus, qui indigitat gaudia vitae aeternae.
Sensus mysticus est triplex nostrae sententiae.
1. Allegoricus, qui doctrinam aliquam adumbrat.
1. Typicus, qui factum adumbrat.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0044
DFG

aliqvem articulum fidei aut aliqvod caritatis præceptum palàm & verè impingat, & simul evidenter vel ex eodem, vel ex aliis, iisdemq; verè parallelis locis, figuratus sermo detegatur ac probetur.

§. 99. *Figuratus* est, qvi proximè intenditur à Spiritu S. in verbis tropo aliqvo affectis.

§. 100. *Sensus* Scripturæ *mysticus* est, qvi non significatur proximè per ipsa verba, sed in ipsis rebus, per verba sensu literali denotatis, à Spiritu S. ipso intenditur: sive qvod idem est, qvi ex intentione ipsius Spiritus Sancti aliò refertur, qvàm ad id, qvod verba imediatè significant. Num. XXI, 9. Joh. III, 14. Exod. XII, 46. Joh. XIX, 36. &c.

§. 101. *Forma* Scripturæ Sacræ *externa* est character sermonis, sive idioma & stylus: & qvidem in veteri Test. potissimùm hebræus; in novo græcus.

§. 102. *Finis* Scripturæ alius *respectu Dei*, alius *respectu nostri* est.

§. 103. *Finis respectu DEI* est salutaris ejusdem agnitio & digna glorificatio. Joh. XX, 31. 1. Joh. I, 4. 5.

§. 104. *Finis respectu nostri* est vel *ultimus* vel *intermedius*.

§. 105. *Finis ultimus* salus æterna est. Joh. V, 39.

§. 106. *Finis intermedius* est tùm informatio; eaqve vel didascalica, vel elenchica, vel pædevtica, vel paracletica, 2. Tim. III, 16. Rom. XV, 4. tùm regeneratio & sanctificatio. Psal. XIX, 8. Joh. XVII, 17.

§. 107.

§. 107. *Definitio* Scripturæ hæc est: *Scriptura Sacra est verbum DEI, immediato instinctu Spiritus Sancti per Prophetas in veteri, Evangelistas & Apostolos in novo testamento literis consignatum, ut per illud homo informetur ad salutem.*

§. 108. *Affectiones* Scripturæ sunt vel *primariæ* vel *secundariæ*.

§. 109. *Primariæ* sunt (1.) divina auctoritas, cujus considerandum principium tum in *essendo*, tùm in *cognoscendo*.

§. 110. Principium in *essendo* DEUS solus est.

§. 111. Principium in *cognoscendo*, qvo illa innotescit, sunt testimonia tùm *interna*, tùm *externa*.

§. 112. *Interna* sive ipsi Scripturæ insita vel *infallibilia*, vel *probabilia* sunt.

§. 113. *Infallibilia*, qvibus autoritas Scripturæ infallibiliter persvadetur, ita ut divinâ fide suscipiatur, sunt (1) testimonium, qvod Scriptura de se ipsa & θεοπνευστία ac divinâ sua auctoritate perhibet. Oseæ XII, 10. Luc. I, 70. 2. Pet. I, 21. 2. Tim. III, 16. (2) ipsa Spiritus Sancti operatio, qva ille per Scripturam in nobis efficax est ad producendam in nobis fidem divinam, eandemqve obsignandam. Hebr. IV, 12. 13. Rom. I, 16. Jacob. I, 21. Joh. III, 13.

§. 114. *Probabilia*, qvæ fidem qvidem certam, non tamen divinam, sed humanam gignunt, sunt (1) doctrinæ genq cœleste & divinum (2) styli majestas

Auctoritas divina, i. consideratur vel absolute et in se quam sc. sui mereatur aestimationem.
2. Respectiva l. Relate s. secundum nos unde nobis innotescat auctoritas divina.

1 Tim. 3. Alle Schrifft von gott ein gegeben.
2 Pet. 1. die heil. Menschen haben geredet, getrieben vom heil. geist
alßer vorzeit geredet hat d. d. Mund seiner heilig propheten.
1 Jos. 7. 6. der geist ist da zeugt, daß geist warheit ist.
1 Cor. 2. p. 4. 5. meine Wort und meine Predigt etc.
1 Thess. 2. p. 14. darum wir auch gott ohne unterlaß anfangen. – gläuben.
Ich d. H. bin dein Gott aus Aegypten land her u. d. ich dich noch in d. hütten wohnen laße wie man zur Jahrszeit pflegt
Certitudo Logica dependet à naturali ratione, cum sc. contra absurdum s. contradictionem contrarium dici nequit, adeoque ex ipsis terminis propositionis veritas patet.
Physica est, quae dependet ab experientia.
Moralis dependet à prudentia humana, cum res tot tamque variis testimoniis et documentis probatur, ut licet per rerum naturam aliter esse possit prudentis tamen est de veritate eius dubitare.

Majestas Styli Scripturæ apparet (1) ex Evidentia (2) Plenitudine (3) Brevitate (4) Cohærentia (5) Verecundia (6) Efficacia.

Und nimb Ja v. von meinem munde das wort der warheit denn ich hoffe auf deine rechten; denn ein gerechtigkeit ist eine ewige gerechtigkeit, u. dein gesetz ist warheit, o. 160. dein wort ist ob 6 dem warheit, alle rechte deiner gerechtigkeit wahr ewiglich

Heilige uns in deiner warheit etc

pp. conf. Joh. v. 46. Act. XV. 15. Amos IX. 46

Quod obj. sed non semper est perspicua subjective, s. quando modus sumitur semper est perspicua

Si contradictiones in Scriptura dari propugnat ab Adversariis. R. dantur quidem contradictiones non a. vere tales, sed tantum apparentes

1. si n. idem prædicatum non negantur de eodem subjecto.
2. si prædicata non prædicantur in ~~[illegible]~~ significatione eiusdem
3. si non secundum ~~[illegible]~~ respectum
4. si non disparitempore

jestas atqve singularitas (3) partium omnium consensus atqve conformitas perpetua.

§. 115. Testimonia *externa* sunt (1) Ecclesiæ, inprimis primitivæ testificatio, (2) miraculorum celebritas, (3) pœnæ violatoribus Scripturæ inflictæ (4) martyria sanctorum (5) conservatio miraculosa (6) testimonia ipsorum Scripturæ hostium.

§. 116. Fuit è primariis Scripturæ affectionibus prima, divina nempe ejus auctoritas. Seqvitur (II.) infallibilis ejusdem veritas in rebus tùm dogmaticis, tum non dogmaticis, Ps. CXIX, 43. 142. 160. Joh. XVII, 17. 19. (III.) perpetua conformitas (IV.) revelationis perfectio 2. Tim. III, 15. 16. (V.) perspicuitas 2. Pet. I, 19. (VI.) infallibilis semetipsam ex semetipsa interpretandi facultas, 2. Pet. I, 20. 21. (VII.) Facultas normativa, Esa. IX. v. 20. Gal. VI, 16. (VIII.) potestas judiciaria, Joh. XII, 48. cap. V, 45. Hebr. IV, 12. (IX.) Efficacia divina Rom. I, 16. 1. Cor. I, 18. 21. Hebr. IV, 12.

§. 117. *Secundariæ* Scripturæ affectiones sunt (I.) necessitas. (II.) Integritas tùm ratione canonis universi, tùm ratione librorum singulorum, tùm ratione literarum & punctorum, Matth. V, 18. Luc. XVI, 17. (III.) Fontium puritas. (IV.) Catholica communicabilitas ad omnes omninò homines rationis compotes, etiam Laicos, Joh. V, 39. se extendens. Exerit sese actu ista communicabilitas per versiones, Chaldaicas scilicet, Græcas, Syriacam, Arabicam, Æthiopicam, Latinas, Germanicas. etc.

§. 118.

§. 118. Dividitur Scriptura in eam, qvæ *veteris*, & qvæ *novi Testamenti*.

§. 119. Scriptura *veteris Testamenti* absolvitur libris tùm *historicis*, Pentateucho scilicet & Josuæ, Judicum, Ruthæ, Samuelis, Regum, Chronicorum, Esdræ, Nehemiæ, Estheræ libris: tùm *Poëticis*, libro Jobi, libro Psalmorum Davidis, Proverbiis, Ecclesiaste, Cantico canticorum Salomonis: tùm *Propheticis*, Prophetarum nempe majorum & minorum.

§. 120. Scriptura N. T. expeditur libris tum *historicis*, vitam Christi & gesta Apostolorum describentibus: tùm *dogmaticis*, epistolis scilicet Pauli & reliqvorum Apostolorum: tùm *Propheticis*, qvi est liber ἀποκαλύψεως.

CAP. III.
DE
CONCLUSIONIBUS SIVE VERITATIBUS THEOLOGICIS ET ARTICULIS FIDEI.

§. 121. Omne, qvod in Theologia proponitur, vel *principium*, vel inde deducta *conclusio* est. De *principio* modò dictum; agendum itaqve nunc de *conclusionibus* erit.

§. 122. *Conclusiones* Theologicæ sunt enunciationes sive dogmata, qvæ in sacris literis extant, vel αὐτολεξεὶ, vel κατὰ συνακολούθησιν.

§. 123. Vocantur aliàs *capita doctrinæ Christianæ*, item *veritates Theologicæ*.

§. 124.

Veritas Theologica concernit l. fidē l. minus.
Concernere a: fidem. dr aliquid rpliciter
Quatenus constituit certum doctrinae
Christianae caput.
Quatenus l. mediate l. immediate ordinatur ad salutē.

Fides quae creditur est fidei s. fiduciae objectū

Fides qua creditur ē ipse habitus fiducialis animi obje-
ctum apprehendens.
Fides quae creditur ē fidei s. fiduciae objectum

Duo A. Praecepta fidei. 1) Affirmativū quod ob-
ligat ad assentiendū omnibus capitibus fidei, q.
ppter dicunt stricte credenda. 2) Negativū,
quod obligat ad ō dissentiendū ab ullo eo-
rū q divinitus relata cē agnoscunt etsi peculi-
are doctrinae caput ō restituunt haec A. late-
dicta credenda.
Deus duplici modo ꝯdere dr articulos fidei
1) Objective, cū beneficia fide apprehendenda
nobis ꝯfert aut decernit.
2) Formaliter cū eorū fidem requirit.

§. 124. Concernunt eæ vel *fidem*, vel *minus*.

§. 125. *Fidem non concernentes* sunt, qvæ articuli fidei non sunt, v. g. præcepta morum & comminationes ac promissiones legales, item historica, non nisi morales doctrinas continentia.

§. 126. *Fidem concernentes* sunt articuli fidei.

§. 127. Est verò articulus diminutivum ab artus, qvæ vox propriè juncturas vel nodos membrorum arctissimè cohærentes significat. Tralatitiè tribuitur capitibus doctrinæ fidei; partim qvia hæc qvàm arctissimè cohærent, ut articuli in digitis; partim qvia doctrina fidei Christianæ in ea, ceu in articulos digitus, resolvitur.

§. 128. *Fides*, cujus articuli dicuntur, hîc intelligitur non ea, *qvâ* creditur, seu apprehenditur Christi meritum; sed *fides*, *qvæ* creditur, h. e. doctrina fidei. Unde rectius articulorum doctrinæ fidei nomine veniunt.

§. 129. Dicuntur etiam *credenda*, voce non παχυλῶς & latè acceptâ; qvomodo credendum est omne id, qvod Deus in verbo suo dixit: sed strictè pro eo, qvod pars est doctrinæ fidei.

§. 130. *Principium* horum articulorum *in essendo* solus Deus est: hic enim uti verbi sui primus atqve supremus existit Author, ita etiam solus potestatem condendi fidei articulos habet.

§. 131. *Principium cognoscendi* fidei articulos qvà tales solum Dei verbum scriptum est. Esa. IIX, 20.

§. 132. *Materia circa qvam*, sive *objectum*, sunt τὰ πιστὰ, verbo Dei scripto tradita, qvà talia.

§. 133. *Forma* articulorum fidei non consistit in conformitate cum revelatione Dei scripta; sic enim historia de caudis vulpecularum Samsonis, vel de asina Bileami, atqve alia, sive historica, sive moralia, articuli fidei forent; Sed in relatione distinctorum inter se fidei capitum, tùm ad se invicem, tùm ad totum, doctrinam scil. cœlestem, cujus partes seu articuli sunt. Atqve hæc qvidem forma generica est.

§. 134. Est itaqve articulus fidei in genere *pars doctrinæ cœlestis de objecto aliqvo spirituali credendo, scriptura canonica revelato, qvà tali.*

§. 135. Affectiones omnibus fidei articulis communes sunt (1) congruentia cum verbo Dei scripto (2) Perpetua conformitas (3) sublimitas (4) inevidentia. Hebr: ii. i.

§. 136. Dividuntur (1) in *puros* & *mixtos*.

§. 137. *Puri* sunt, qvi ex sola Dei revelatione constant, & tantùm creduntur, ut e. g. articulus de mysterio Trinitatis, Incarnationis &c.

§. 138. *Mixti* sunt, qvi partim ex revelatione divina, partim ex lumine naturæ innotescunt; creduntur tamen solùm, qvatenus è revelatione divina constant, v. g. articuli de Dei existentia, æternitate, sapientia, justitia, beneficentia, potentia, summi Numinis unitate, item de creatione, conservatione, & gubernatione omnium.

§. 139. In *fundamentales*, & *non* (2) *fundamentales*.

§. 140.

Articuli fidei considerantur 1. formaliter 1. Objective.
Form: quatenus s. propositiones l. conceptus mentis
Object: pro quam referunt ita articuli fidei objective considerati fiunt objecta propositionum s. conceptuum fidei.

Tria s. requisita Articulorum fidei 1) Divina revelatio, nihil n: credendum est, nisi quod a Deo est revelatum.
2) Obligatio ad assensum, omnes n: Articuli fidei nos eo adstringunt utpote ideo revelati, ut credantur 3) Revelatio ad beatitudinem multa n: in Scripturis continentur, quia patefacta assensum quidem merentur, non tamen ad salutem consequendam requiruntur, adeoque Articuli fidei haberi non possunt.
Evidentia est, qua res ex causa sua l. ex aperto ad irrefragabili sensuum judicio patet.

Fundamentū fidei ē Xtus 1 Cor: 3. 11. ejus meritum quo salvamur; Illi alij articuli fidei ita connexi sunt et substrati, ut salvo et illaeso fundamento tolli negant alij ita adjecti ut eorum sublāo fundamentū ōtlādat.

fundo raio distinctionis illius invenit 1. Cor. XIII. 12.

Fundamentū fidei ē illa res, cui fides et salus hominum innititur, quod est Xtus, quatenus ē cāa nostrae salutis. Et hoc dr fundamentū reale et substāale. Fundamentum fidei (2) ē doctrina, qua res illa, cui fides innititur, continetur estq complexus pluriū propositionū divinitus revelatarū ꝑ habitudinē quandam ad salutem important et hoc dicitur dogmaticum.

§. 140. *Non-fundamentales* sunt, *qvi illæso fidei fundamento & ignorari & negari possunt.* Cujusmodi sunt, dogmata de creatione mundi in tempore, de lapsu & perpetua rejectione qvorundam angelorum, de Christi sepultura, de Anti-Christo, de mundi interitu &c.

§. 141. *Fundamentales* sunt, *qvi ignorari, vel saltem negari salvo fidei fundamento nequeunt.*

§. 142. *Objectum*, seu materia circa qvam, sunt credenda, fundamento fidei propinqva, propinqviora, proxima.

§. 143. *Forma* est arctissima ac necessaria horum articulorum, tum inter sese, tùm cum fundamento fidei, cohæsio.

§. 144. *Finis* est salus æterna, ad qvam perducunt, vel *directè*, in effectum illum influendo, vel *indirectè*, impedimenta scil. salutis removendo.

§ 145. Affectio propria est necessitas & proportio ad fidem, qvatenus salvifica ea est, & dependentem inde salutem.

§. 146. Distingvuntur in fundamentales *primarios* & *secundarios*.

§. 147. *Primarii* sunt, qvi salvo fidei fundamento ne ignorari qvidem possunt.

§. 148. Atqve hi iterum duorum sunt generum. Alii enim ad fundamentum fidei *antecedenter* se habent; alii illud ipsum *intrinsecè* & immediatè *constituunt*.

§. 149. *Antecedenter* ad fundamentum fidei se

habent articuli ii, *qvi qvidem fundamentum fidei intrinsecè non constituunt, sunt tamen necessaria ejusdem prærequisita seu præsupposita*; ut capita doctrinæ de revelationis cujusdam divinæ existentia, θεοπνευστία & infallibilitate; de Dei existentia, potentia, scientia, veritate, immutabilitate, sanctitate, misericordiâ; de Deo unitrino; de τῷ ὅτι, qvòd mundo Messias sive promissus sive datus sit, de Deitate ejusdem; de humanæ naturæ veritate, ejusdemqve ἀναμαρτησία, de personali duarum naturarum in Christo unione, de θανάτου πάθει passione, morte & resurrectione, atqve his spectatis, non ut sunt actus purè historici, sed ut sunt partes officii mediatorii. It. de nostri in æternam vitam introductione, Extremo judicio, resurrectione mortuorum &c.

§. 150. Articuli fundamentales *constitutivi* sunt ii, *qvi fidem immediate causantur.* Cujusmodi sunt capita doctrinæ Christianæ de satisfactione filii Dei peccata expiante, & Deum reconciliante, de universali benevola Dei voluntate erga genus humanum lapsum, de universali merito Christi, de seria Dei intentione applicandi Christi meritum omnibus, & dandi applicationis medium, fidem scil. omnibus, de justificatione per unicum Christi meritum fide apprehensum.

§. 151. Fundamentum itaq; fidei dogmaticum constituunt recensiti modò articuli, qvi simul sumti hoc conficiunt dogma: *Deus ex mera gratia*

omnes & singulos homines lapsos vult salvos fieri per Christum Mediatorem unicum, qvi in mundum à Patre missus pro omnibus & singulis lapsis justitiæ divinæ plenissimè satisfaciendo, omnibus ac singulis gratiam ac vitam æternam pomeruit. Atqve hoc Filii meritum Deus seriò intendit applicare omnibus; omnibus etiam atqve singulis fidem vult dare, per qvam applicari illud possit; omnibus denique ac singulis sufficientia atqve efficaciag ratiæ media suppeditare constituit, eâ seriâ intentione, ut per fidem unico Christi merito innixâm, omnes omninò justificentur ac salventur. Atqve hoc dogma genuinum fidei fundamentum, ac proximum & immediatum generandæ fidei salvificæ principium est.

§. 152. Articuli fundamentales *secundarii* sunt, *qvi qvidem ignorari, non tamen negari possunt, illæsò fidei fundamentô*: Cujusmodi sunt articuli de incommunicabilitate nominis JEHOVA, de immensitate, infinitate, spiritualitate Dei; de proprietatibus characteristicis, qvibus distingvuntur personæ divinæ inter sese; de communicatione duarum naturarum in Christo; de communicatione idiomatum divinæ naturæ, factâ per unionem personalem humanitati Christi; de omnipræsentia Christi hominis; de decreto electionis & reprobationis, fidei & infidelitatis intuitu ab æterno factæ: de justificatione per imputationem meriti Christi, exclusâ justitiâ inhærente &c.

PARS PRIMA
DE
FINE THEOLOGIÆ.

§. 1. Absolutis Theologiæ prolegomenis, recta ad systema ipsum pergitur, qvod cùm juxta analogiam habituum practicorum tractari debeat, initium meritò facimus à FINE.

§. 2. Finis Theologiæ alius *cui*, seu objectivus, alius *cujus*, seu formalis est.

§. 3. Finis *cui* est ipsa res, in qva ratio boni invenitur; atqve hæc Deus est.

DE DEO.

§. 4. Cognoscitur Deus tum ex *lumine naturæ*, tum ex *lumine gratiæ*: illa cognitio *naturalis*; hæc *supernaturalis* & *revelata* dicitur.

DE NATURALI DEI NOTITIA.

§. 5. Dari notitiam Dei naturalem, patet ex Rom. II, 14. 15. c. I, 19. seqq. Act. XIV, 17. c. XVII, 27. Job. XII, 7. Esa. XL, 26.

§. 6. Causa efficiens est vel *prima*, Deus; vel *media*, facultas hominis intellectiva.

§. 7. Atqve hæc medii rationem habet, vel sola, qvoad notitiam insitam; vel cum externa creaturarum contemplatione conjuncta, & ab eadem excitata, qvoad notitiam acqvisitam.

§. 8 Materia est vel ex QVA, vel circa QVAM.

§. 9. Materia ex *Quâ* ἀναλόγως sic dicta, sunt principia naturæ lumine nota, & inde deductæ conclusiones.

Circa tractationem finis Ogicæ monendum est duplicem illius ee finem, alium objectivum, alium formalem. finis objectivus versatur circa id ad quod illa ultimato tendit,

Sociniani hanc notitiam dari negant
Rom. 1. p 19. 20. Rom. 11. p 14. 15.

Rom: I. 19.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0064
DFG

§. 10. Principia naturæ lumine nota alia sunt *theoretica*, alia *practica*.

§. 11. *Theoretica* vel insinuant, qvòd sit Deus, cujusmodi hoc est: Est numen, qvod omnia nutu suo moderatur; vel ostendunt, qvid sit Deus; Cujusmodi sunt: *Deus est unus, justus &c.*

§. 12. *Practicum* principium unum est: Deum colito.

§. 13. *Materia circa qvam*, seu objectum, Deus est, & invisibilia, Act. XVII, 27. Rom. I, 20.

§. 14. *Forma* notitiæ hujus naturalis, in qvantum ea ab insita & acqvisita abstrahitur, est perfectio naturalis intellectus nostri circa res divinas naturâ cognoscibiles.

§. 15. *Finis* alius *per se intentus*, alius *accidentalis* est.

§. 16. *Finis per se intentus* à Creatore est, ut notitia hæc incentivum sit ad ulterius inqvirendum de Deo, & qvædam qvasi χειραγωγία, inducens hominem ad cogitandum ac inqvirendum de cœtu, in qvo verus Deus Israelis habitat, Act. XVII, 27.

§. 17. *Accidentarius* finis, seu eventus ex abusu notitiarum naturalium profluens, est ἀναπολόγητος seu inexcusabilitas, Rom. I, 20.

§. 18. Definitio hæc est: *Notitia Dei naturalis est, qvâ esse aliqvod supremum Numen, idemq; sapientiâ & potentiâ suâ moderari omnia in hoc universo, ex lumine Naturæ nobis innotescit.*

§. 19. Affectiones ſ. attributa ejus sunt (1) Veritas,

ritas. (2.) Necessitas. (3.) Utilitas. (4.) Imperfectio.

§. 20. Dividitur notitia hæc in *insitam* & *acquisitam.*

§. 21. Insita est *habitus primorum principiorum de DEO, intellectui per naturam sine mentis operâ impressus, eundemque perficiens ac aptum reddens ad actualiter cognoscendum Deum, in quantum is naturâ cognoscibilis est.*

§. 22. Acquisita est *habitus aliqualis Dei cognitionis*, accuratâ rerum creatarum contemplatione, vi discursûs naturalis, comparatus, Rom. 1, 18.

DE COGNITIONE DEI REVELATA.

§. 23. Præit notitia Dei *naturalis*, sequitur *supernaturalis*, quæ est cognitio Dei uni-trini salvifica è verbo Dei scripto hausta.

§. 24. Cognoscendum autem hîc est, tùm quod sit Deus, tùm quid sit Deus.

§. 25. Esse Deum, singulæ verbi scripti literæ loquuntur, in primis autem ex divinis *nominibus, attributis* atque *operibus* id innotescit.

§. 26. Quid sit Deus, edocet tùm ὀνοματολογία, tùm πραγματολογία.

§. 27. Ὀνοματολογία nomina divina in Scripturis occurrentia exponit.

§. 28. Atque hæc vel Ebræa, vel Græca sunt.

§. 29. Ebræa potiora sunt יהוה, אהיה, אל, יהוה אדני אלהים אלהי

§. 30. Græca sunt θεος & κύριος.

§ 31.

possumus quidem notitia naturali appre
hendere, quod sit Deus, id quod Ethnici omnes
cognoverunt, sed quod sit Deus unus, hoc
est, in quo errat, et quod apprehendere non
sit notitia nat:

xtianus Wolfius in Philosophia hanc de
monstrationem insufficientem propugna
vit, nimirum, quod ex creatione mundi poit cognosci
Deus:
Sed in scriptura haec demonstratio ita
ab Apostolo habet, firma, ut illam demon
strationem habens aliquando sese excusare
non poit, Ergo Xstianus Wolfius apte
contradicit Apostolo Paulo

Ebr. XI. 6.

Ψ. XLVIII. ii


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0068
DFG

§. 31. πραγματολογία tùm *essentiam* DEI, tùm varia ejusdem *opera*, qvantum hoc eqvidem locô opus est, considerat.

§. 32. *Essentia* DEI spectatur *vel absolutè* & citra respectum ad tres personas, *vel relativè* in ordine ad tres personas divinas.

DE ESSENTIA ABSOLUTE CONSIDERATA.

§. 33. Consideratio essentiæ divinæ *absoluta* expeditur contemplatione conceptus qvidditativi absoluti, & eorum, qvæ istum in ordine ad nostrum concipiendi modum seqvuntur.

§. 34. Conceptus qvidditativus, qvo essentiam DEI absolutè consideratam concipimus, est vel *communis* vel *proprius*.

§. 35. Conceptum *communem* constituit essentia spiritualis.

§. 36. *Proprium* absolvit prædicatum infinitatis, qvâ DEUS omnes essentiæ terminos respuit Ps. CXLV, 3.

§. 37. Ea, qvæ essentiam DEI, qvoad nostrum concipiendi modum conseqvuntur, sunt prædicata illa, qvæ *attributa* aliàs dici solent.

§. 38. Sunt hæc attributa *conceptus essentiæ divinæ inadæqvati, ex parte rei ipsam essentiam involventes, eandemqve intrinsecè denominantes.*

§. 39. Horum duo sunt genera: Qvædam enim essentiam divinam describunt absolutè & in sese, citra respectum ad operationem; qvædam verò

eam describunt respectivè, ratione ἐνεργείας.

DE ATTRIBUTIS DEI ABSOLUTIS.

§. 40. Attributa absoluta sunt, Perfectio, Unitas, Veritas, Bonitas, Independentia in essendo, Æternitas, Immensitas, Incomprehensibilitas, Immutabilitas &c.

§. 41. Perfectio DEI est, *quâ is omnis defectûs expers & in seipso sibi infinitè sufficiens est*, 1. Tim. VI, 15.16. Psal. XVI, 2. Eccles. XV, 12.

§. 42. Consequens hujus perfectionis est tùm Majestas, *ob quam gloriosissimus est*, tùm Beatitudo DEI, *ex quâ ipsa essentialis atque suprema beatitudo est* l. all.

§. 43. Unitas DEI est, *quâ ipse essentiâ indivisus non tantùm, sed & indivisibilis prorsus ac incommunicabilis per quandam sui multiplicationem est*, Deut. VI, 4. Marc. XII, 29. Es XLIV 8

§. 44. Consequens Unitatis est Simplicitas, *quâ DEUS omnis omninò compositionis, quocunq; illa veniat nomine, expers est.*

§. 45. Simplicitate comprehenditur Spiritualitas, *quâ DEUS omnis molis corporeæ expers est*, Joh. IV, 24.

§. 46. Ex Spiritualitate fluit Invisibilitas, *quâ DEUS insensilis prorsus in essentia & in fulgore eminentissimo lucis essentialis incomprehensibilis constitutus est*, Exod. XXXIII, 20. Jac 1,17

§. 47. Veritas DEI est, *quâ ipse verus essentiâ & naturâ DEUS est*, Jer. X, 10. 1. Thess. I, 9. 1. Joh. V, 20. Joh. XVII, 3.

§. 48.

raiõe ordinis semp praemittunt
Articulus de Discientia, tanto e
sequitur Articulus de gratia univer
sale

Positivum attributum ē quando describitur
quid sit deus; negativum ē quando
describitur quid non sit deus.

Veritas est 3plex. Logica. Metaphys: Moralis.
Logica, est orationis, cum ipsa re conformitas.
Metaphys: qua res conformis est suae definitioni
Moralis est conformitas sermonis cum conce-
ptu mentis.

independentia Dei pure negative
e declaranda, ttm n. indicat, Deus
ita existit, ut à nullo alio ente depen-
deat.

Contra Calv. Reformatos probe notan-
dum est, quod in Esto quoad humi: nat. un-
petat bipresentiae.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0072
DFG

§. 48. Bonitas DEI est, *quâ à seipso ac per se ipsum bonus est*, Matth. XIX, 17. Marc. X, 18.

§. 49. Independentia DEI in essendo est, *quâ ipse à nulla alia dependet causa, sed à seipso est*, Esa. XLIII, 10. 11.

§. 50. Æternitas DEI *est permanentia essentiæ divinæ interminabilis, omnem omninò successionem excludens*, Ps. CII, 25. seqq.

§. 51. Immensitas est *simplex essentiæ divinæ interminabilitas ab omni τῶν creato* 1. Reg. IIX, 27.

§. 52. Consequens immensitatis immediatum est potentia illocaliter adessendi omnibus omninò UBI.

§. 53. Consequens remotum est *omnipræsentia*, in quantum ea ex una parte adessentiam ad creaturas substantialem divinam involvit. Verùm quum illa non attributum, essentiam DEI intrinsecè denominans, sed attributorum certorum effectus sit, rectiùs de ea in L. de Prov. agetur.

§. 54. Immutabilitas est *perpetua essentiæ divinæ, & omnium ejusdem perfectionum identitas, negans omnem omnino motum tàm Physicum quàm Ethicum*, Jac. I, 17. Mal. III, 6.

§. 55. Incomprehensibilitas DEI est, *quâ ipse à finito intellectu perfectè comprehendi nequit*, Psalm. CXLV, 3.

DE ATTRIBUTIS, QVÆ AD ἐνέργειαν referuntur.

§. 56. Fuerunt hactenus attributa essentiam divinam in se, & citra respectum ad operationem descri-

scribentia: seqvuntur respectiva, qvæ ad ἐνέργειαν referuntur, vel ut principium agendi originem vel principium agendi modum indicans.

§. 57. Principium agendi originem indicans est vita, *per qvam essentia divina se semper actuosam demonstrat*, Deut. XXXII, 39. 40.

§. 58. Exponitur hæc vita DEI negativè per immortalitatem, Rom. I, 23. 1. Tim. I, 17. c. VI, 16.

§. 59. Principium agendi modum indicans vel dirigens, vel imperans, vel exeqvens est.

§. 60. Dirigens est DEI intellectus, *cognoscens per omniscientiam, judicans per omnisapientiam.*

§. 61. Omniscientia DEI est, *qvâ ipse uno simplici & æterno intelligendi actu omnia scit, qvæcunqve fuerunt, sunt, erunt, aut esse ullâ ratione possunt*, Ps. CXXXIX, 1. 2. Heb. IV, 13.

§. 62. Omnisapientia DEI est, *qvâ ipse omnia illa, qvæ captum judicii humani & angelici infinities transcendunt, modò perfectissimò penetrat*, Ps. CXXXIX, 3.

§. 63. Principium agendi modum insinuans alterum, imperans nempe voluntas DEI est, *qvâ ipse ab omni æternitate à se ipso uno constantiqve & libero actu vult omne bonum.*

§. 64. Actus voluntatis sunt *decreta divina*, qvorum considerandum tùm principium *movens*; tùm principium *dirigens*.

§. 65. Principium *movens* DEI benignitas est, ejus amorem, gratiam, misericordiam, patientiam ambitu suo complectens, Exod. XXXIV, 6.

§. 66.

WASSER T

XII. Joh: V.

1 Reg: VIII. 39

Conscientia libera probat. Math: XI. 17.

gloria dei de in intendit

Herr Gott! Barmhertzig und gnädig und
tig, von grosser Güte und Treue

Sap: XI. 25

Sanctitas Dei. spectari potest. 1) ut Deo Essentialis i.e. Deo inhabitans 2). Exemplaris, secundum quam et nos aliquo Deo sancti. Ut sibi fuerit [illegible] ibi Deus a nobis postulat sanctitatem, secundum causam exemplarem.

Ergo creaturas vergit iustitia partes aut distributive iusta unal: proport.
Es: 2 Matth. 22

Bey dem mensch ists unmögl. aber
bey Dem sind allen dinge mögl.

§. 66. Amor DEI est, *quo ipse cum objecto amabili se suaviter unit.* Joh. III. 16. 1 Joh. IV. 8. 9. 16.

§. 67. Gratia DEI *est favor ejus gratuitus, quo creaturæ rationali benefacit.*

§. 68. Misericordia DEI *est gratiosissima voluntatis divinæ propensio, ad succurrendum miseris* Exod. XXXIV, 6. Os. XI, 8. Eph. II, 4. Jac. V, 11.

§. 69. Patientia DEI est, *qua ita iram suam erga creaturas rationales moderatur DEUS, ut conversionem earum expectans, vel pœnam differat, vel totam iram unâ vice non effundat,* Exod. XXXIV, 6. Rom. II, 4.

§. 70. Principium *dirigens* decreta divinæ voluntatis est tum sanctitas, tum justitia DEI.

§. 71. Sanctitas Dei est *summa in DEO omnisque omninò labis expers puritas, munditiem debitam exigens à creaturâ & abhorrens à contrario,* Lev. XI, 44. 45. Ps. LXXVII, 14. Habac. I. 13.

§. 72. Justitia DEI est *summa voluntatis divinæ rectitudo, à creatura rationali, quod rectum & justum est, exigens,* Ps. XI, 5. 6. 7. Psal. CXIX, 137. Ps. CXLV, 17. Deut. XXXII. 4. Es. XLII. 8.

§. 73. Tertium principium agendi modum insinuans, est principium exeqvens, divina nempe potentia, *quâ DEus independenter per essentiæ suæ æternam actuositatem facere potest omnia in universum, quæ contradictionem non involvunt,* Matth. XIX, 26. Luc. I, 37. c. XIIX, 27. Eph. III, 20.

§. 74. Principium dirigens, secundùm qvod potenter exeqvitur mentis suæ decreta Deus, veracitas est, *quâ ipse in verbis & factis est veracissimus.* Num. XXIII. 19. Ebr. VI. 18. Rom.

DE

DE CONSIDERATIONE DEI RELATIVA.

§. 75. Consideravimus hactenus essentiam DEI *absolutè*, h. e. citra respectum ad tres personas: sequitur nunc consideratio *relativa* ad intra, quæ circa illam ipsam essentiam divinam, quatenus ad tres distinctas personas refertur, occupatur.

§. 76. Absolvitur tum περιωρεία, tùm ipsâ ἐξεργασία.

§. 77. Περιωρεία tria nobis sistit, (1) sublimitatem mysterii. (2) principium, per quod istud innotescit. (3) necessitatem credendi idem.

§. 78. Sublimitas tanta est, ut ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν sit: Quare ex ratione nec oppugnari, nec expugnari, nec demonstrari sive à priori sive à posteriori potest aut debet.

§. 79. Principium ergo, per quod innotescit & adstrui debet mysterium hoc, sola revelatio divina est, & quidem tum V. tum N. T. scripturis nobis communicata.

§. 80. Necessitas credendi dogma hoc tanta est, ut id non tantùm negari, sed etiam ignorari à quovis sine salutis dispendio nequeat, Joh. XVII, 3. 1. Joh. V, 11. 12. 1. Joh. II, 23. Joh. V, 23. 2. Thess. I, 8.

§. 81. Ipsâ Ἐξεργασία est tùm ὀνοματολογική, tùm πραγματολογική.

§. 82. Ὀνοματολογία sistit terminos in explicatione hujus mysterii passim occurrentes: cujusmodi sunt, θεία, ἐμοούσιος, ὑπόστασις, τρόπος ὑπάρ-

Relatio ad intra oes respicit 3 psonas divinas
Relatio ad extra v. respicit creaturas.
quia unus relationis terminus respicit
creatorem.

Ratio sibi relicta non pt cognoscere
nec m intelligere.

comporta da punt dicta aeri avibus
e se ex in plurali.

3 in dictis in avibus 3 psonarum fit
mentio
4. ex dictis in qbus l. secundum l. quantum
nomina 3bus psonis unicuique peculiare tribu
untur, l. opa et gloria unicuique psone
adscribuntur. Deut. 14.

Ad: § 92

Reg. Aa quidem dat in Philos: omnia in Deo sunt communia, d. cu seq. imitatione e accipienda ubi non e relativa psonarū oppositio

ὑπάρξεως, χαρακτὴρ ὑποστατικὸς, περιχώρησις &c. It. Essentia, persona, proprietas personalis, Trinitas &c.

§. 83. Πραγματολογίας duæ partes sunt, qvarum prior de personarum divinarum numero, nominibus, distinctione, ὁμοουσίᾳ, altera de unaqvaqve persona sigillatim aget.

§. 84. *Numerum* Scriptura modò *per pluralitatem indefinitè*, Gen. I, 26. c. III, 22. c. XX, 13. c. XXXV, 7. Jos. XXIV, 19. Es. VI, 8. &c. modò *determinatè per ternarium* numerum exprimit, Matth. III, 16. c. XXIIX, 19. 1. Joh. V, 7. Esa. XLIIX, 16. c. LXIII, 9. 10.

§. 85. *Nomina*, qvibus hæ tres personæ appellantur, sunt *Pater, Filius & Spiritus Sanctus*, ipsis etiam sripturis V. T. non ignota, 2. Sam. VII, 14. Ps. II, 7. Prov. XXX, 4. Gen. I, 2. Ps. XXXIII, 6. Esa. LXIII, 10.

§. 86. Persona aliter ab essentia, aliter ab alia persona distingvitur; ab illa non re, sed ratione cum fundamento in re, ab hac re ipsâ, omni operatione intellectûs humani cessante.

§. 87. Ex discrimine personarum reali est earum *ordo* tùm in *subsistendo*, tùm *in operando*, non temporis, nec dignitatis, sed personalis.

§. 88. *Ordo in subsistendo* est ex diverso modo eandem numero essentiam habendi: Hanc enim *Pater* habet à seipso, tanqvam fons & principium SS. Trinitatis, atqve inde *prima* persona est; *Filius* eandem habet à patre per æternam generationem, atqve inde *secunda* persona est: *Spiritus Sanctus* à

Patre

Patre & Filio per æternam ſpirationem, atqve inde *tertia* Divinæ eſſentiæ perſona eſt & dicitur.

§. 89. *Ordinem in agendo* inſinuat ſcriptura per particulas διακριτικὰς EX, PER, IN, Rom. XI, 36. ut hâc ratione omnia dicantur eſſe A ſeu EX PATRE, 1. Cor. IIX, 6. PER Filium, Joh. I, 3. 1. Cor. IIX, 6. Ebr. I, 2. IN Spiritu Sancto, 2. Theſſ. II, 13.

§. 90. Sicuti verò ipſe divinarum Perſonarum ordo non ſervatur ſemper, ut conſtat ex 2. Cor. XIII, 13. Apoc. I, 4. 5. ita & particulæ hæ permutantur, ut διὰ Patri, 1. Corinth. I, 9. Rom. VI, 4. Ebr. II, 10. Filio ἐκ, Joh. XVI, 15. ἐν Col. I, 14. 16. εἰς ibid. v. 16. ἐν Patri & Filio, Ep. Judæ v. 1. tribuatur: qvâ ipſâ permutatione ὁμοουσία & ἰσότης perſonarum divinarum evidenter aſſeritur.

§. 91. Etenim utut verè & realiter perſonæ divinæ à ſe invicem diſtinctæ ſint, ſunt tamen & manent ὁμοούσιοι, cùm diſtinctio hæc eſſentiam nec dividat nec multiplicet, 1. Joh. V, 7.

§. 92. Conſeqventia hujus ὁμοουσίας ſunt (1) περιχώρησις ſeu ἐνύπαρξις mutua ac ſingulariſſima, qvâ una perſona per modum conſubſtantialitatis, ut ſic dicam, eſt in alia, Joh. XIV, 10. XVII, 21. (2) perſonarum æqvalitas, ut nulla major, nulla minor ſit, neqve Pater commodè dici poſſit Deus κατ' ἐξοχὴν, aut ratione modi ſubſiſtendi major Filio. (3) perfectiſſima omnium perfectionum eſſentialium communio, ut Filius per æternam gene-

Similia sunt Prosa Ez. 11.16. Joh. 8. 37. 38.

Eph. 1111

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0084
DFG

generationem omnia (in qvibus scilicet à Patre non distingvitur) habeat, qvæ Pater; & Spiritus Sanctus omnia, in qvibus à Patre & Filio non distingvitur, habeat, qvæ Pater & Filius habent. Joh. XVI, 14. 15. (4) ταυτότης seu identitas tùm ipsorum operum ad extra, tùm modi agendi, ut τὰ αὐτὰ καὶ ὁμοίως agant Joh. V, 19. qvanqvam non eodem ordine; ut suprà dictum.

DE DEO PATRE.

§. 93. Prima, non qvidem naturâ, non tempore, non dignitate, sed ordine personali, persona, *Pater* est, cujus notetur (1) nomen (2) Deitas (3) subsistentia personalis, (4) proprietas characteristica, (5) Descriptio.

§. 94. *Nomen* Patris hîc non spectatur καθ' ἔξω seu ad extra, & respectu creaturarum; sed κατ' ἔσω seu ad intra, in respectu ad Filium ὁμοούσιον, ex essentia Patris ab æterno genitum; qvomodo soli personæ primæ competit.

§. 95. *Divina* Patris *essentia* tum apud Judæos, tum qvosvis alios mysterii S. S. Trinitatis hostes extra controversiam posita est, probantqve eam nomina, attributa & opera divina, nec non cultus divinus.

§. 96. *Subsistentia* seu personalitas Patris ex Charactere hypostaticô & operibus personalibus satis innotescit.

§. 97. *Proprietas Characteristica* alia *ad intra*, alia *ad extra* est.

§ 98. Proprietas Patris Characteristica *ad intra* ἀγεννησία est, prout scil. hæc negat omnem omninò modum processionis ab alia persona.

§. 99. Infert ea duplicem relationem, qvarum prima ad secundam personam, altera ad tertiam est.

§. 100. Relatio ἀρχῆς ὑπάρξεως Patris ad secundam personam est ex opere Patris ad intra, qvæ est generatio filii activa, Ps.II,7. Mich.V,2. Prov.IIX,22.24.

§. 101. Est hæc *opus ad intra personale, qvô Pater æternus, unius ejusdemq; numerô essentiæ communicatione, Filium sibi consubstantialem, ab æterno, verè propriè qve, modo tamen hyperphysico ac impervestigabili, gignit.*

§. 102. Hujus consequens est missio filii in mundum, ad Redemtionis opus in carne peragendum. Joh.III,17. Rom.IIX,3. Gal.IV,4.

§. 103. Relatio ad tertiam personam resultat ex opere Patris ad intra altero, qvod dicitur spiratio tertiæ personæ activa.

§. 104. Est hæc *opus Dei ad intra personale, qvô Pater æternus, unà cum Filio æterno, unius ejusdemq; numero essentiæ communicatione, Spiritum S. sibi consubstantialem & coæternum, unô actu indivisibili & æternô, modo hyperphysico & ineffabili producit.*

§. 105. Ejus consequens est missio Spiritus S. in tempore, Joh.XV,26.

§. 106. Proprietas Patris Characteristica ad extra est creatio, conservatio, & gubernatio hujus Universi.

§. 107.

a Ra. auter ex.

F Joh: V. 18

F non necessario missio Spiritus S. sequitur ex generatione, quia generatio non tribuit quidam, nisi soli Deo

Filii dei p dilectionem facti sunt
uti angeli uti videtur:
Joh. 1. 6. XXXVIII. 7.

ab officio prophetico sumitur
secundaria ratio, quia nobis
annunciavit voluntatem dei
Secundum officium prophet: potest nominari Nosos
Joh: 1. 18. nimmo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Sociniani Xstum nominant Nosor Item
Quod: non concedimus, non quidem
Nosos primario est. quia factus est Nosos

§. 107. Est itaqve *Pater prima persona Deitatis, non genita, neqve procedens, sed qvæ ab æterno genuit filium sibi consubstantialem, creans & conservans, universa, visibilia & invisibilia, cum Filio & Spiritu S. mittens Filium Redemtorem, & Spiritum S. Sanctificatorem, ab utroqve procedentem.*

DE FILIO DEI.

§. 108. Secunda, qvoad ordinem personalem Deitatis persona, Filius Dei est, cuju snotetur (1) nomen, (2) Deitas, (3) subsistentia personalis, (4) Proprietas Characteristica, (5) descriptio.

§. 109. Dicitur secunda persona Filius Dei, non per adoptionem, non per dilectionem, nō per conceptionem ex Spiritu S. non per officialem dignitatem, sed per veram propriamqve ac essentialē generationem. Verus ergò & naturalis Dei Filiꝰ est. Joh. I, 14. 18. c. III, 16. 18. 1. Joh. IV, 9. Rom. IIX, 32.

§. 110. Veram naturalem atqve æternam Filii Deitatem probant orthodoxi *tùm* ex nominibus divinis, *tùm* ex re ipsa.

§. 111. *Nomina* Filio Dei in Scriptura S. tributa, alia *essentialia*, alia *personalia*, alia *officialia* sunt.

§. 112. *Essentialia* sunt JEHOVA, Gen. XVI, 13. 14. c. XIIX, 1. 2. seqq. c. XIX, 24. Ex. III, 2. seqq. &c. EL, substantivè & sine additamento alienante positum, Es. IX, 6. ELOHIM, Ex. III, 4. 6. Jud. XIII, 3. 6. 18. 22. Ps. XLV, 8. &c. θεὸς, absolutè atqve in oppositione ad Idola, Col. II, 2. 1. Thess. III, 11. 1. Cor. IIX, 6. Deus magnus, Tit. II, 13. Verus, 1. Joh. V, 20. altissi-

mus Luc. I, 76. supra omnia benedictus in secula, Rom. IX, 3. κύριος, 1. Cor. XI, 23. 26. 27. &c. κύριος ἐξ οὐρανοῦ, 1. Cor. XV, 47. κύριος τῆς δόξης 1. Cor. II, 8. κύριος κυρίων, Apoc. XIX, 16. κύριος πάντων Act. X, 36. μόνος δεσπότης καὶ κύριος Ep. Jud. v. 4.

§. 113. Nomina *personalia* sunt Filius DEI, Ps. II, 7. Prov. XXX, 4. unigenitus, Joh. I, 14. 18 III, 16. 18. proprius, Rom. IIX, 32. Verbum Patris, Psal. XXXIII, 6. Joh. I, 1. 14. 1. Joh. I, 1. c. V, 7. Sapientia Patris, Prov. IIX, 12. imago Dei invisibilis, character hypostaseos Patris, Hebr. I, 3. Col. I, 15.

§. 114. Nomina *officialia* sunt: Angelus faciei Jehovah, Esa. LXIII, 9. Angelus fœderis, Mal. III, 1. Messias sive Christus, Ps. II, 2. Dan. IX, 25. 26. &c. Jesus, Matth. I, 21. Mediator, 1. Tim. II, 5. Propheta, Deut. XIIX, 18. Sacerdos æternus, Ps. CX, 4. Heb. III, v. 1 IV, 14. 15 V, 10. &c. Qvæ nomina universa ac singula veram Christi Deitatem omninò præsupponunt.

§. 115. E *re ipsa* probatur Deitas Filii, tùm ex attributis, tùm ex operibus divinis, cultu it. divino.

§. 116. *Attributa* Divina veram Filii Deitatem evincentia, alia essentialia, alia personalia sunt.

§. 117. *Essentialia* sunt æternitas, Esa. IX, 6. Prov. IIX, 22. Mich. V, 2. Apoc. I, 8. 17. XXII, 13. Joh. I, 1. seqq. immutabilitas, ~~Malach. III, 6.~~ Psal. CII, 28. Heb. I, 12. cap. XIII, 7. immensitas, 1. Reg. IIX, 27. Joh. III, 13. omnipotentia, Apoc. I, 8. Esa. IX, 6. Luc. IV, 25. omniscientia, Joh. II, 24. 25. XVI, 30. Coloss. II, 3. Apoc. II, 23. omnisapi-

in hoc numero dictorum Deitatem Xsti Latis
probantium non adquiescunt Socinianis,
distinguentes inter Deum Centraliter talem
et Deum factum.

[illegible]

Ebr. 1. 10
Ich habe dich als du unter den Feigenbaum
[illegible]

Ph. 2 XXII. 18

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0092
DFG

ſapientia Proverb. IIX, v. 12, 14. Matth. XI, 19. Luc. XI, 49. Col. II, 3. ſumma agendi libertas Joh. V, 21. Matth. IIX, v. 3. majeſtas & gloria Divina Joh. XVII, 5. qvorum omnium veluti qvoddam compendium eſt tota plenitudo Deitatis Col. II, 9. & æqvalitas cum Patre Joh. V, 18. propter qvam dicitur habere omnia, qvæ Pater habet, Joh. XVI, 15. XVII, 10.

§. 118. *Perſonalia* ſunt actus ſubſiſtendi Divinus & character hypoſtaticus; de qvibus infrà.

§. 119. *Opera divina* Filii Deitatem demonſtrantia vel ſunt *ad intra*, ut ſpiratio activa Spiritus Sancti & miſſio ejusdem, de qvibus ſuo loco. Vel *ad extra*, ut ſunt creatio univerſi Geneſ. I, 2. Pſal. XXXIII, 6. CII, 26. &c. ejusdem conſervatio & gubernatio Joh. V, 17. 1. Cor. IIX, 6. Hebr. I, 3. miracula αὐτοκρατορικῶς καὶ παντοκρατορικῶς edita Joh. V, 19. redemtio Oſ. XIII, 14. Zach. IX, 11. Act. XX, 28. &c. potentiſſima Eccleſiæ & fidelium conſervatio, Matth. XVI, 18. Joh. X, 28. 29. excitatio ex mortuis Joh. V, 21. ſalvatio Joh. XVII, 2. X, 28. &c. Eſ. XLIII. 11

§. 120. Adſtruit denique veram Chriſti Deitatem *honor* & *cultus divinus* ſoli Deo proprius Eſa. XLV, 23. Joh. V, 23. c. XIV, 1. Matth. XXIIX, 19.

§. 121. *Subſiſtentia* Filii perſonalis ex ejus incarnatione, paſſione, reſurrectione, aſcenſione, aliisqve operibus, qvæ non niſi in rem ſubſiſtentem cadere poſſunt, inclareſcit. Divinam autem eſſe ſubſiſtentiam hanc, patet tùm ex charactere hypoſtatico, tùm ex eſſentia, cujus ὑπόστασις eſt

§. 122. *Proprietas* ejus characteristica alia *ad intra*, alia *ad extra* est.

§. 123. *Proprietas ad intra* est γέννησις, duplicem inferens relationem, qvarum una ad primam, altera ad tertiam Deitatis personam est.

§. 124. Relatio ἐξ ὑπάρξεως ad primam personam, oritur ex opere ad intra, qvod dicitur generatio passiva, *qvâ Filius Dei à Patre æterno unius ejusdemqve numero essentiæ communicatione ab æterno verè propriq3, modo tamen hyperphysico & imperveſtigabili, gignitur.*

§. 125. Consequens hujus generationis passivæ est missio passiva Filii in carnem, Rom. IIX,3. Gal. IV,4.5. non confundenda cum ipsa incarnatione, à qva differt ceu prius à posteriori.

§. 126. Relatio ἐξ ὑπάρξεως Filii ad tertiam personam, oritur ex opere ad intra, qvod dicitur spiratio activa, *qvâ sc. Filius & Pater unius ejusdemqve numero essentiæ communicatione tertiam Deitatis personam, unô actu indivisibili & æternô, modô ineffabili producunt*, Rom. IIX,9. Gal. IV,6. Ef XI,4. Phil. I,19. 1. Pet. I, 11. Joh. XV,26. c. XVI, 7.13.14.15. c. XX, 22.23. Act. II,33.

§. 127. Consequens ejus est missio Spiritus S. in tempore, Luc. XXIV,49. Joh. XV,26. cap. XVI,7.

§ 128. Proprietas characteristica *ad extra* est humani generis redemtio, Rom. III,24.25. 1. Tim. II,6. Ebr. I,3. &c.

§. 129. Est itaqve Filius Dei *secunda Deitatis persona ab æterno à Patre, unius ejusdemqve numero*

es-

supra demonstratum est, in Deo non
esse generationem passivam, passio n: pro
supponit receptionem alicuius rei, qua v: deo Pa-
tri competunt, in competunt filio eam: v. ob causam
ut lo spirare Patris a lo [illegible] filii
accuratius distinguatur, distinctio hinc non
est physica, d. grammatica tantum.

generatio passiva, Joh: XVI. 38. in dicit egressio
[illegible] vnibongrug und [illegible] in [illegible]
[illegible]

a decreto [illegible] non valet [illegible]

vocabulum ἐξέρχεσθαι usurpatur attribuitur de filio
vocabulum ἐκπορεύεται spiritui S.

essentiæ communicatione, verè proprietate, modo tamen hyperphysico ac ineffabili productâ, missa à Patre in mundum, ut in assumta humanitate opus redemtionis perficeret, & mittens Spiritum S. ab utroque procedentem.

DE SPIRITU SANCTO.

§. 130. Tertia Deitatis ratione ordinis personalis persona, Spiritus S. est; cujus itidem observentur (1) Nomen (2) Deitas (3) subsistentia personalis (4) proprietas characteristica (5) descriptio.

§. 131. Dicitur *Spiritus* non ratione essentiæ spiritualis, qvæ ei cum Patre & Filio communis, Ioh. IV, 24. sed à ἰδίῳ ὑποστάσεως, qvi est processio à Patre & Filio. *Sanctus* appellatur h. l. itidem haut ab essentiæ sanctitate, qvam cum Patre & Filio communem habet, sed ab opere sanctificationis, qvod Scriptura & Symbolum Apostolicum ei appropriant.

§. 132. Ejus vera atqve æterna *Deitas* probatur (1) Ex nominibus divinis, ut , nomine Jehovah, Conf. 2. Sam. XXIII, 3. cum v. 2. & Act. I. 16. Es. I, 2. Ez. I, 3. &c. cum Zach. VII, 2. Luc. I, 70. cum 2. Pet. I, 11. 2. Pet. I, 21. Es. VI, 8. 10. cum Act. XXIIX, 25. seqq. &c. θεὸς Act. V, 3. 4. 1. Joh. V, 7. 9. &c. κύριος, 2. Cor. III, 17. 1. Cor. XII, 4. 5. (2) Ex attributis divinis, nempe æternitate, immensitate, omnipotentia &c. (3) Ex operibus divinis, qvalia sunt creatio & conservatio hujus universi, &c. (4) Ex cultu divino, Es. VI, 3. 8. 9. Act. XXIIX, 25. Matth. XXIIX, 19. &c.

§. 133. *Personam* Spiritum S. esse probatur ex actionibus substantiæ intelligentis, & incommunicabiliter subsistentis, illi in Scriptura passim attributis 1. Cor. II, 10. 11. XII, 11. Matth. III, 16.

§. 134. Esse porrò personam à Patre & Filio distinctam, evincunt (1) Character ejus hypostaticus (2) προφάνεια Jordanica, Matth. III, 16. &c. (3) Ipsius Christi assertio expressa Joh. XIV, 16. (4) Spiritus S. missio à Patre & Filio Joh. XV, 26. (5) Effusio Pentecostalis Act. II, 3. 4.

§. 135. *Proprietas* Spiritus S. characteristica alia *ad intra*, alia *ad extra* est.

§. 136. *Proprietas* characteristica *ad intra* est spiratio passiva, *qua ipse à Patre & Filio consubstantiali unius ejusdemq; numero essentiæ communicatione, uno actu indivisibili & æterno, ineffabili modô producitur.*

§. 137. *Relatio τρόπου ὑπάρξεως* Spiritus S. ad cæteras duas personas una saltem est, qvia spiratio activa Patris & Filii una saltem numero est.

§. 138. Consequens hujus spirationis passivæ est mitti à Patre & Filio.

§. 139. Characteristica *ad extra* est sanctificatio 2 Thess. II, 13.

§. 140. Est ergò Spiritus S. *tertia Deitatis persona à Patre & Filio unius ejusdemq; numero essentiæ divinæ communicatione, uno actu indivisibili & æterno, modo ineffabili producta, missa in tempore à Patre & Filio ad sanctificandum corda salvandorum.*

§. 141.

missio spus s. dividi ps in visibilem et
invisibilem: Matt. III. 16. ibi spus s. mitte-
batur visibiliter specie columbae. 2da missio
cum spus s. effundebatur super Apostolos
in die pentecost.
ad Gal. IV. 6. uti ibid: spus s. mittitur, sic
et hodie ad nos m̄ mittitur.
quoad rem missio spirus s. spectata
e quo ad extra, omnibus v. personis
competens, et appropriationem
v. competit soli spiritui s.

Pater et filius spirant spiritu S. non
ut Deus, sic n. spiritus S. qui ipse e[illegible]erus
Deus spiraret se ipsum, d. ut Pater et filius
[illegible]
op[illegible] [illegible]entialia s. ad intra interdum
in opa dei interna nominantur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0100
DFG

§. 141. Ex dictis hæc DEI unitrini emergit descriptio: DEUS *est essentia spiritualis, infinita, trium personarum, Patris, Filii & Spiritus S.*

DE OPERIBUS DIVINIS.

§. 142. Opera divina alia *ad intra*, alia *ad extra* sunt.

§. 143. Opera *ad intra* sunt, *quæ tendunt in objectum, quod est ipse* DEUS.

§. 144. Sunt hæc vel *essentialia*, vel *personalia*.

§. 145. Opera ad intra *essentialia* sunt, *quæ terminantur ad ipsum DEum, ita ut pro principio agendi agnoscant essentiam divinam, quatenus ea communis est omnibus tribus Trinitatis personis*; ut actus intellectus, quo semetipsum cognoscit DEus; actus voluntatis, quo in seipso ceu summo bono acquiescit idem. Atque hæc opera ad intra indivisa h.e. communia sunt omnibus tribus Deitatis personis.

§. 146. Opera ad intra *personalia* sunt, *quæ ad ipsum DEUM ita terminantur, ut pro principio agendi agnoscant non essentiam tribus personis communem, sed vel unam personam, vel duas.*

§. 147. Atq; hæc sunt vel ab æterno, ut generatio, spiratio; vel fiunt in tempore, ut missio Filii in carnem, it. missio Spiritus S. ad perficiendum opus sanctificationis. Et hæc opera ad intra personalia sunt divisa h.e. non sunt communia: sed vel uni tantùm personæ propria, ut generatio & missio Filii; vel duabus, ut spiratio & missio activa Spiritus S.

§. 148. Opera *ad extra* sunt, *quæ tendunt in objectum, quod non est ipse DEUS, sed quod aliud est ab ipso Deo.*

§. 149. Horum alia *interna* seu *immanentia*, alia *externa* seu *transeuntia* sunt.

§. 150. Opera ad extra *interna* seu *immanentia* sunt, *quæ quidem in objectum, extra Deum positum, tendunt, indeque opera ad extra dicuntur, non tamen extra Deum, sed in Deo ac intra Deitatis sinum peraguntur, indeque interna appellantur.*

§. 151. Hujusmodi sunt tùm actus intellectus divini, qvibus Deus omnes res extra se positas cognoscit; tùm actus liberrimæ Dei voluntatis circa creaturas occupatæ. Atq; hæc opera indivisa, h.e. communia sunt omnibus tribus Deitatis personis, salvô tamen harum ordine ac discrimine.

§. 152. Opera ad extra *externa* s. *emanantia* sunt, *quæ & objectum extra Deum positum respiciunt, & extra Deum peracta effectum extra Deum positum relinqvunt.*

§. 153. Suntq; ea vel *personalia, vel essentialia.*

§. 154. *Personalia* sunt, *quæ, extra Deitatis sinum peracta, uni certæ personæ per approbationem οἰκονομικὴν competunt.* Hujusmodi sunt apparitio Spiritus S. in columbæ specie visibili, clamor Patris de cœlo in Baptismo Christi, apparitio Filii DEI sub forma & habitu viri tempore V. T. Assumtio humanitatis in λόγῳ ὑποστάσιν, terminativè spectata.

§. 155.

Ch. Inn Gloin &c

In Cap: 11. non alia hist: creationis confinetur. d.
Cap: 11 est thi specialis declaratio primi Capitis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0104
DFG

§. 155. Opera ad extra *externa essentialia* sunt, *quæ extra Deitatis sinum circa objectum aliquod externum occupantur, ita, ut communia sint omnibus tribus Deitatis personis, servatô tamen earum ordine.*

§. 156. Distingvuntur ea in opera *potentiæ*, cujusmodi sunt creatio, providentia & mundi annihilatio: *misericordiæ*, qvò referuntur Redemtio, Vocatio, Conversio &c. & *justitiæ*, cujusmodi sunt, mortuorum resuscitatio, ultima dijudicatio &c.

§. 157. De operibus misericordiæ & justitiæ, nec non opere potentiæ tertio infrà commodiùs agetur. At opera duo potentiæ priora hic considerandæ erunt.

DE CREATIONE.

§. 158. Primum potentiæ divinæ opus creatio hujus Universi est. Gen. I. et II. Ebr. XI. 3.

§. 159. Sumitur autem vox creationis vel *improprie*, vel *propriè*.

§. 160. *Improprie* sumitur (1) de continuata specierum propagatione & conservatione, Psal. CIV, 30. Ps. CII, 19. (1) de renovatione, Ps. LI, 12. 2. Cor. V, 17. Eph. II, 10. (3) de immissione justissimorum DEI judiciorum, Es. XLV, 7. (4) de collatione beneficiorum divinorum, Es. XLI. 20. c. XLV, 7. c. LVII, 19. (5) de rerum mirabilium productione, Num. XVI, 30. Jerem. XXXI, 22.

§. 161 *Propriè*, & qvidem *primariò* significat productionem ex nihilo purè negativo, cujusmodi

modi est creatio operum primæ diei Gen. I, 1. *secundariò* verò notat ex materia qvidem, sed tali, ex qva opus producendum citra actionem virtutis omnipotentis non emersisset, aliqvid producere, Gen I, 27. Utraqve hæc acceptio est hujus loci.

§. 162. *Causa* creationis *efficiens* solus DEUS est, Job. IX, 8. Esa. XIV, 24. c. XLV, 5. 7. 18. isqve unitrinus: *Pater* 1 Cor. IIX, 6. Hebr. I, 2. *Filius* Prov. IIX, 22. Ps. XXXIII, 6. Joh. I, 3. 10. Eph. III, 9. Col. I, 16. Hebr. I, 2. & *Spiritus Sanctus*. Gen. I, 2. Job XXXIII, 4. Ps. CIV, 30.

§. 163. Atqve hæ tres Deitatis personæ ad creationem non concurrunt ut causæ plures sociæ; sed ob simpliciſſimam unitatem principii agentis, actione simpliciſſimè unâ atqve indivisâ, adeoqve ut una causa totalis & solitaria.

§. 164. *Materia* creationis ex qvâ, respectu operum primô die creatorum, nulla datur. Hæc enim ex nihilo purè negativo facta sunt. At sequentium qvinqve dierum πχυιεχήματα, exceptâ tamen animâ humanâ ex primi diei operibus prodiisse statuimus.

§. 165. *Forma* in eo consistit, qvod creatio est (1) productio partim ex nihilo, partim ex tali materiâ, ex qvâ citra influxum infiniti agentis res producenda nunqvam prodiisset (2) procedens à DEO immediatè; & qvidem (3) ex potentiâ illius absolutâ & solô voluntatis liberrimæ imperio.

§. 166. *Finis* alius *summus* sive *ultimus*, gloria DEI, Ps. XIX, 1. Prov. XVI, 4. alius *intermedius*, utilitas

Possibilitatem æternitatis mundi probaturi distinguunt inter æternitatem cum successione et sine successione. argumenta pro possibili æternitate mundi nimirum successiva admodum difficilia sunt solutu. v.g. si creaturæ habuerunt initium, nec eos quidquam præcessit nisi Deus tum duratio dei non est instans individuum nam in æternitate mundum aliquid ante cedit, aliquid simul existit aliquid cum eius duratione continuat e.g. Quomodo omnia membra hominis distincta manebunt sub uno puncto ~~mathematico~~ individuo, et ipsum mathematico, cui æternitas Dei comparatur.

Kekermannus immerito statuit tres divinas personas causas [illegible] socias [illegible] creationis

נשמה notat animam hominis in Sira

Leyton.

Proverb: VIII. 31

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0108
DFG

litas nempe hominis est, Ps. CXV, 16. Esa. XLV, 18. Gen. I, 26. 28. seqq.

§. 167. *Effectus* seu terminus creationis sunt omnia manuum divinarum opera, intra sextiduum producta.

§. 168. Definitio hæc est: *Creatio est actio DEI unitrini externa, qva is res omnes visibiles & invisibiles, sex dierum intervallo, solo voluntatis suæ imperio, omnipotenter produxit, in sui laudem & hominum utilitatem.*

DE ANGELIS.

§. 169. Principem inter manuum DEI opera, locum tenent *Angeli* & *homines*. De illis primò agendum erit.

§. 170. Est verò vox *Angelus* origine Græca & nuncium seu legatum denotat.

§. 171. Accipitur porrò variè: Tribuitur namqve modò *Creatori* ipsi, Filio nempe Dei, eiqve partim ἀσώματῳ, sed tamen cum respectu aliqvo ad futuram incarnationem Gen. XVI, 7. cap. XXI, 17. c. XXII, 11. c. XXXI, 11. c. XLIIX, 15. 16. Exod. III, 2. c. XIV, 19. XXIII, 20. 23. c. XXXII, 34. XXXIII, 2. Num. XXII, 35. 38. Jud. VI, 11. 12. 20. seqq. cap. XIII, 3. seqq. Esa. LXIII, 9. Os. XII, 4. Zach. I, 9. 11. 12. cap. II, 3. c. III, 1 3. 5. 6. c. IV, 1. 2. Hag. I, 13. Mal. III, 1. Act. VII, 38. partim ἀσώματῳ Apoc. VII, 2. cap. IIX, 3. XX, 1. modò *creaturis*, & qvidem vel *visibilibus*, ut ministris Ecclesiæ Esa. XXXIII, 7. Mal. II, 7. cap. III, 1. Matth. XI, 10. Apoc. I, 20. &c. vel *invisibilibus*, spiritibus sc. illis

sc. illis incorporeis, qvorum consideratio hujus loci est.

§. 172. *Esse* reverà angelos, docent tùm expressæ Scripturæ Sacræ assertiones, Psal. CIV, 4. Hebr. I, ult. tùm variarum apparitionum descriptiones, Gen. XIIX, 2. c. XIX, 1. seqq.

§. 173. Atqve hi considerantur vel secundùm *naturam* angelis bonis & malis communem, vel secundùm *statum* naturæ diversum.

§. 174. Naturæ generatim sumtæ explicationem tùm principiorum causalium, tùm proprietatum, atqve ex his provenientium actionum ponderatio absolvit.

§. 175. *Causa* Angelorum efficiens est Deus unitrinus, Pf. CIV, 4. Col. I, 16. Pf. XXXIII, 6.

§. 176. *Materia* & *forma* Physica angelorum nulla est.

§. 177. Datur tamen forma Metaphysica, qvæ nihil aliud est, qvàm eorum natura & qvidditas, consistens in eo, qvòd sint substantiæ finitæ, spirituales, completæ.

§. 178. *Propria* s. attributa, angelorum naturam à posteriori describentia, vel *negativis*, vel *affirmativis* terminis efferuntur.

§. 179. Attributa *negativa* sunt (1) indivisibilitas in partes qvantitativas (2) invisibilitas substantiæ angelicæ (3) immutabilitas non omnimoda, sed comparatè talis (4) immortalitas (5) illocalitas.

§. 180. Attributa *affirmativa* duorum sunt generum

Cartherius probare annititur, omnem angeli Ecentiam consistere in cogitationibus d. frustra, et non satis ijsigniter, quia falsum e.

*peractafire et hypostatice informari potest angelus.

Quando Patres deum vocant verum Corpus hoc probe notandum, quod ii ink. dum quoq intelligant substantiam et tunc nobiscum consentiunt, siquidem tantum indicant illarum verba, quod apud nos Deus est vera substantia existens

Angelus non completa e substantia, cur quia non p se suam statura ordinata est ad unionem constitutivam.
Ob hanc ob causam differt ab anima hoiis.

Quatenus in se ipsis non habent principium corruptionis. dicuntur immortales, f. brevis secundum quid tantum sunt immortales.

Comparatalis immutabilitas adscribitur angelis, quia solus Deus e absoluta immutabilis.

Vis intellectiva probat CIII Ψ. 29.
Lobet den Herrn ihr starcken Engel die ihr seine
Befehl ausrichtet
Vos: 2 Regi: XII 19

Rom VIII. 27. probat quod solus Deus sit
cordium scrutator.
pars ex Ψ. III. 10 Denn du gerechter Schrifft
Jer: XVII. 10. Ich allein kann es ergründen
totum significat sine extensione et dimensione &c

Gott sahe an alles was er gemacht hätte,
und siehe es war sehr gut.

nerum; qvædam enim angelicam essentiam *intrinsecè* afficiunt, qvædam verò *extrinsecè*.

§. 181. Prioris generis sunt (1) vis intellectiva (2) vis volendi (3) potentia (4) summa agilitas.

§. 182. Posterioris classis sunt (1) ævum, seu duratio habens initium, sed expers finis: (2) πῆ s. ubi, in qvo Angelus definitivè est, ut sit totus in toto, & totus in qvalibet totius parte.

§. 183. *Actiones* angelicæ sunt vel *immanentes*, vel *transeuntes*.

§. 184. *Immanentium* prima est intellectio, eaqve vel *naturalis*, ipsis in prima statim creatione indita; vel *revelata*, 1. Pet. I, 12. Dan. IIX, 13. 16. c. IX, 22. 23. vel *experimentalis*, Luc. XV, 10. Eph. III, 10.

§. 185. Secunda actio immanens est volitio, eaqve liberrima, qvâ voluntas angeli liberè eligit, vel repudiat illud, qvod intellectus eligendum vel repudiandum dictitat.

§. 186. Actionum *transeuntium* prima est corporum assumtio Gen. XIIX, 2. Luc. I, 26. &c. altera variatio ubi, Gen. XXIIX, 12. Luc. I, 26. c. II, 15.

§. 187. Tantum de angelis ratione naturæ suæ, prout ea bonis & malis communis est. Seqvitur eorundem status; qvi vel *originalis*, vel *originalem secutus* est. Joh: VIII. 44. Gen. I.

§. 188. *Status originalis* est, qvo angeli fuerunt sancti & concreatâ veritate præditi, indifferentes tamen ad bonum & malum morale, sed ita, ut inclinatio ad bonum in iis supereminuerit, & potentia

tia peccandi naturalis & proxima omninò abfuerit.

§. 189. Status, *originalem secutus* est, qvo qvidam in virtute concreatâ perstiterunt, atqve in eâ confirmati sunt, qvidam verò defecerunt.

§. 190. Atqve inde distinctio Angelorum in *bonos* & *malos*.

DE ANGELIS BONIS.

§. 191. *Boni* ita dicuntur non entitativè, sic namqve & mali boni sunt; neq; tantùm ob habitum concreatum bonum, qvem & mali ante lapsum habuerunt, sed etiam ob actum bonum seu obedientiam DEO præstitam, & deniqve sui in bono confirmationem.

§. 192. Confirmati autem in bono ita sunt, ut cùm antea saltem potuerint non peccare, nunc omninò non possint peccare, Matth. XIIX, 10. c. VI, 10. 1. Tim. V, 21.

§. 193. Vis intellectiva in illis ingens est, finita tamen & dimensa à creatoris voluntate Marc. XIII, 32. 1. Petr. I, 12. Apoc. I, 1.

§. 194. In voluntate eorum tùm *sanctitas*, tùm *libertas* notanda.

§. 195. *Sanctitas* perfecta ac stabilis est, omnem omninò ad peccandum potentiam, etiam remotam, excludens, Matth. VI, 10. c. XIIX, 10.

§. 196. *Libertas* eis competit ea, qvæ *à coactione* est, item libertas *exercitii*, qvæ est inter velle & non velle, agere & non agere; nec non libertas qvædam *specificationis*, ea sc. qvæ est inter hoc & illud

an distinctio inter Angelos bonos et malos ~~quando q fit~~ ansit adaequata, quando quaeritur R. aff. contra Chymicos, Fanaticos, qui statuentes spiritus intermedios, contra expressam sacrae literam nullos alios spiritus admittentem nisi bonos aut malos.

Mat: XX. 36. ubi angeli καὶ ἐξοχὴν dicuntur liberi sci.

Quando angeli dicuntur electi; dicuntur in merito confirmati

C

Ihr starcken Engel die ihr sein befehl aus-
richtet

Nonnulli theologorū existimant
p Cherubim et Seraph: intelligi angelos
eos qui in specie hominum s. aliarū creatu-
rarum apparuerunt. quod vi probandū
erit.

Ihr seyd von dem Vater dem Teuffel und
nach eures vaters lust wollt ihr thun, derselbe ist ein
mörder von anfang, u. ist nicht bestand in d. warheit
denn die warheit ist nicht in ihm, wenn er die lügen redet
so redet er von seinen eigenen, denn er ist ein lügner
u. ein vater derselben
beyd nüchtern und wachet, denn euer etc:

illud bonum in particulari liberè eligendum vel non eligendum.

§. 197. *Potentia* eorum magna, Psal.CIII. 20. 2.Reg.XIX,35. finita tamen,& potentiæ ac voluntati divinæ subordinata atqve subjecta est. 2.Sam. XIV,16.Psal.CIII,20.

§. 198. *Numerus* itidem insignis est,Dan.VII, 10. Matth.XXVI,53.Hebr.XII,22.

§.199. Sunt etiam *ordines* certi inter angelos, at,qvi & qvales,incertum. Eph.I,21. Col.I,16.

§. 200. *Officium* eorum est, laudare Deum, Ps.CIII,20.Ps.CXLIIX,2. Es.VI,3.& mandata ejus exeqvi,Dan.VII,10.tùm impios puniendo, Gen. XIX,13. 2.Reg.XIX,35. tùm pios custodiendo & protegendo, Psal.XXXIV,8. XCI,11.12. Hebr.I, 14.

§. 201. Habent ergò pii Angelos suos tutelares: & qvidem singuli vel singulos, vel plures, prout nempe Deo,Angelorum Domino,visum est, Act.XII,15. Gen.XXXII,2. 2.Reg.II,11. c.VI,17. Luc.XVI,22. Matth. XIIX,10.

DE ANGELIS MALIS.

§. 202. *Mali* ita dicuntur non ratione essentiæ, sed (1) ab actu malo seu apostasiâ à Deo,(2) à malitia habituali actum illum secutâ,(3) ob perfistentiam in malo incorrigibilem.

§. 203. Id ergò,qvod angelos qvosdam miseros fecit,lapsus eorum seu apostasia est.

§.204. Lapsus hujus nulla alia causa efficiens, ut sic dicam, est, præterqvam voluntas ipsorum

ſponte à Creatore deficiens, Pſ.V,5. Joh.IIX,44. Ep.Judæ v.6. 2.Petr.II,4.

§. 205. *Subjectum*, qvod defecit, ſunt angelica individua, qvorum numerus eqvidem in Scriptura non eſt expreſſus: plura tamen fuiſſe, ex multitudine Dæmonum colligitur. Marc. V,9. Luc.IIX,30. Apoc. XII 4 7

§. 206. *Forma* generica lapſus hujus eſt *libera voluntatis à Deo & recti regulâ, qvam tamen ex creationis gratia tenere poterant, averſio.*

§. 207. Ecqvod verò in ſpecie fuerit peccatum iſtud, non liqvet. Eorum tamen opinionem, qvi affectatam Deiformitatem fuiſſe putant, probabiliorem reddit collatio tentationis, qva Protoplaſtos aggreſſus eſt Satan, Gen.III,5. Matt. IV,9

§. 208. Qvæ de ordine & proceſſu ὑποστάσεως à qvibusdam adduntur, ἄπερ γεγραφῆς dicuntur.

§. 209. *Tempus* ſ. momentum lapſus præcisè determinari neqvit.

§. 210. *Pœna* lapſum inſecuta eſt vel *privativa*, vel *poſitiva*.

§. 211. *Privativa* eſt (1) concreatæ integritatis amiſſio (2) à ſalutis æternæ fruitione excluſio.

§. 212. *Poſitiva* in genere eſt naturæ & ſtatus eorum horrenda immutatio, in ſpecie (1) in intellectu ingens obfuſcatio, Matth.IV,6. Joh.XIII,2. 1. Cor II,8. (2) in voluntate ſumma depravatio, Matth.XIII,19. 1.Joh.V,18. Joh. IIX,44. accedit (3) miſerabilis in barathrum æternæ damnationis detruſio, Matth.XXV,41. 2.Petr.II,4. Ep.Jud.v.6. Apoc. XX,10.14.

§.213.

Denn du bist ein Odem Hasswechsel etc.

Ex Joh. VIII. 44. probat quod dent ordines diabolorum:

Es erhub sich ein streit. Michael etc

Wenches Tages etc:

Probabile tn quin imo certu e lapsum angelorū post lapsū hoīū factū ee.

Der Rauchfrau quant etc

operationē Diabolorum nemo sana ratione recte
utens negare pt, siquidem aperta scrie loca satis
docent, illos in vocung statu cooperari.
In statu politico principes ad prava consilia attra-
here stadet, ut manifestum est ex exemplo Davidis
1. Cronic. XXI. 1. und Satan stund wider Israel, u. gab David
ein, daß er das volck zehlen ließ.

[illegible] und wachet, denn nun
[illegible] etc.

In statu Ecclesiast. non minus cooperat Diabolus cum
homines in errores inducere, tenebras hominum intellectui
offendere, et sic potro, allaborat, ut Tim. III. 4.
2 Thes. II. 9. [illegible] nach der wirkung
des Satans mit allerley [illegible]
In statu oeconomico non est otiosus Diabolus, quan-
do in hoc statu constitutos nocet, ad talia peccata
vae felicitatem hujus status turbant, rapit, et denique
illis varia mala infert.

§. 213. Habent tamen post lapsum etiamnum qvædam cum Angelis bonis communia.

§. 214. Est in iis aliqva rerum supernaturalium cognitio, sed cum extremo Dei & Angelorum bonorum ac piorum hominum odiô, nec non ignorantia, dubitatione, errore & oblivione conjuncta, Matth. IV, 6. Joh. XIII, 2. 1. Cor. II, 8.

§. 215. Rerum naturalium scientia, tùm naturalis, tùm experimentalis, insignis illis est.

§. 216. Futura contingentia interdum ex revelatione divina certò nôrunt, Job. I, 12. c. II, 6. 1. Reg XXII, 22. 1. Sam. XXIIX, 19. Qvædam verò sagacitate naturali admodùm probabiliter sciunt.

§. 217. Voluntati etiam aliqva post lapsum mansit libertas, ea sc. qvæ à coactione dicitur; item, libertas contradictionis inter velle & non velle, agere & non agere; nec non libertas qvædam specificationis, qvæ scil. est inter hoc & illud malum in particulari liberè eligendum vel non-eligendum.

§. 218. Potentia eorum magna est, Matth. IV, 5. 8. c. XII, 29. Luc. XI, 21. 1. Pet. V, 8. certis tamen limitibus à Deo circumscripta, Exod. IIX, 18. Job. I, 12. c. II, 6. Matth. IIX, 31. 32. Apoc. IX, 14. c. XX, 2.

§. 219. Potentiæ Diabolicæ effectus etiam est *obsessio hominum*, eaqve tùm *spiritualis*, tùm *corporalis*.

DE OBSESSIONE SPIRITUALI ET CORPORALI.

§. 220. *Spiritualis* obsessionis *subjectum* QVOD

est homo & præfractè & contumaciter impius, qvales erant Judas, Matth. XXVI,23. seqq. Marc. XIV,18. seqq. Luc. XXII,21. seqq. Joh. XIII, 21. 27. Et Pharisæi, Matth. XII,24. 31. 32. Marc. III,29. 30. Joh, IIX. 44.

§. 221. *Subjectum* QVO anima impii est, non merè passivè, sed simul activè, & ut συνεργὸς Diaboli se habens.

§. 222. *Causa efficiens* Diabolus est, Leo ille rugiens peripateticus, 1. Pet. V,8. Luc. XI,24. seqq.

§. 223. *Causa promerens* & Deum movens, ut permittat, studium peccandi est.

§. 224. *Forma* consistit tùm in propinqviori substantiæ Diaboli ad animam impii adessentia, Luc. XI,24. 26. tùm in efficaci & ad qvævis flagitia propellente ἐνέργεια.

§. 225. Eventus plerumqve æternum exitium est. Joh. IIX, 21. 24.

§. 226. Qvoad *corporalem* obsessionem *subjectum* QVOD est homo qvandoq; impius, qvandoqve pius; qvod posterius patet ex ἀναλογία similium afflictionum. Job. I,18. c. II,7. Job. IX,3. 2. Cor. XII,7. Marc. IX.

§. 227. *Subjectum* QVO corpus hominis est merè passivè se hîc habens; mediatè tamen & per συμπάθειαν etiam anima malô istô afficitur.

§. 228. *Causa efficiens* Spiritus impurus est, qvi, qvicqvid hîc agit, ex permissione divina agit; usurpans in hominem dominium, neqve in se, neq; ratio-

und es erschall sein geschrey in alle örter des umbkrings
Concordes. Mat: 8 31 32. da bath ihn dieselbe etc.

unio haec inter diabolū et hoīū ita
comparata ē, uti inter assistentem
et eum cui assistit aliquis.

minus accurate Autor observavit
ordinem in § 23 R. ubi finem dicit
obsessionis castigationem s. puniti-
onem. accuratius v. posuisset. aeter-
nū ēē hoīum exitium. Ab a parte
diaboli.

ratione exercitii absolutum, sed per providentiam divinâ limitatum Luc.IV,35.Matt IIX,31 32.

§. 229. *Causa promerens* peccatum est, & qvidem vel *originale* cum primis suis motibus, ut in piis; vel *originale* & *actuale* proæreticum simul, ut in impiis: Absqve peccato enim nulla Satanæ in hominem competere posset potestas.

§. 230. *Forma* est ipsius Satanæ non tantùm κατ' ἐνέργειαν, sed & κατ' οὐσίαν in corpore humano inhabitatio, Luc.IIX,2.XI,24. 26.

§. 231. *Finis intermedius* hominum sive punitio, sive castigatio & probatio: *ultimus*, justitiæ, misericordiæ, potentiæ & sapientiæ Divinæ gloria est. Joh. IX,3.

§. 232. *Signa* obsessionis corporalis propria sunt: Lingvarum exoticarum, artium & disciplinarum, qvas obsessi nunqvam anteà didicerunt, nec liberati amplius nôrunt, scientia; occultorum atqve alibi etiam in remotissimis locis gestorum, it. futurorum notitia & indicatio; Robur incredibile in portandis oneribus, qvæ naturaliter nullus hominum portare potest. Apertô ore & absqve debita organorum dispositione intelligibiliter facta locutio, avicularum, ovium, boum, porcorum, ursorum, aliorumqve animantium vocum exactissima repræsentatio; &, si qvæ sunt alia consvetum naturæ cursum longissimè excedentia, nec obsessis cum phreneticis, ecstaticis, epilepticis, noctambulis, aut similibus morbis affectis, communia.

DE HOMINE.

§. 233. Creaturarum nobilissimarum altera *homo* est, ab humo dictus, Hebræis אדם qui scilicet de terra formatus primitus est, Gen. II, 7.

§. 234. Consideratur autem homo, vel ut est *in fieri*, vel ut *in facto esse*.

§. 235. In priori consideratione occurrunt (1) causa producens, (2) materia ex qva, (3) modus productionis, (4) finis, (5) adjunctum tempus.

§. 236. *Causa producens* hominem Deus unitrinus est, Gen. I, 26. c. II, 7.

§. 237. *Materia*, ex qva corpus primi hominis Adami factum, pulvis terræ fuit. Gen. II, 7. *Materia*, ex qva Evæ corpus factum, costa fuit Adami, animæ humanæ ad Evam tradux, Gen. II, 22.

§. 238. *Modus* productionis in eo consistit, qvòd Deus hominem fecit (1) susceptâ singulari de hoc opificio deliberatione. Gen. I, 26. (2) immediatè, suis, ut sic dicam, manibus (3) ornatè ac eleganter (4) successivè, Gen. II, 6. 7. 21. 22.

§. 239. *Finis* est tùm gloria Creatoris, tùm vita æterna, ad qvam primi homines conditi sunt.

§. 240. *Tempus* est celebratissimi illius Hexaëmeri dies sextus, Gen. I, 31.

§. 241. *In facto esse* consideratur homo secundum *principia* sua constitutiva interna, & *status* diversos.

§ 242.

Controvertit inter Ægos quid significet
voy אדם nonulli existimant denotari
per illud formositatem quod quidem aliquo fun
damento nititur in scra, non tn alteram
significationem nimirum luti non mingit scra
fundata plane tollit.

[illegible]

Ex hoc § adparet sententiam de Hermes
trismegisti stare non posse de Hermophrodito
si otiose quaeritur, cur Deus Evam formaret ex costa
adamo, et ex capite, pedibus esse porro, R. nihil certi
respondere sine crimine potest, probabilis a ratio haec
est, ut si ex capite formata esset foemina, illa non prae
rogativam requireret prae marito, si ex pedibus
maritus sibi praeuaderet foeminam esse mariti
ancillam, atque propter ex costa aedificata videtur mu
lier, ut sit socia Mariti.

pluralitas animarum non sit probari ex
diversitate actionum, diversitas enim actionum
dependet non ab diversitate objectorum s. sub
jectorum, d. a diversitate facultatum.

Fuerunt, qui hoīi tergeminam tribuerunt animam vegetativam, sensitivam et Rationalem

Quod anima hoīis non pertineat ad formam hoīis probatur, quia est pars Essentialis hoīis

§. 242. *Principia* hominis constitutiva interna sunt *materia* & *forma* Physica.

§. 243. *Materia* est corpus animatum organicum, ante lapsum impatibile, non-mortale, Gen. I, 26. Sap. II, 23.

§. 244. *Forma* Physica est *anima*, ante lapsum ingenti sapientiæ & scientiæ concreatæ luce collustrata, Col. III, 10. Pura insuper, ac omnis omninò labis peccaminosæ expers, Eph. IV, 24. & propagabilis per traducem, Gen. I, 28. c. V, 3.

§. 245. *Status* hominis alius *primus*, alius *primum insecutus*, atqve hic vel *miseriæ*, vel *gratiæ*, vel *gloriæ* est, de qvibus suô locô plura dicenda erunt.

DE PROVIDENTIA.

§. 246. Fuit hactenus primum potentiæ divinæ opus, *Creatio* scilicet: Seqvitur alterum, *Providentia*.

§. 247. Dicitur ea à providendo, & actum providentis ac solicitam rerum ad se pertinentium curam gerentis notat.

§. 248. Græcè appellatur πρόνοια, à προνοέω, qvod est mente præcipio, prævideo, item procuro.

§. 249. In Scriptura qvum Deo tribuitur, vocatur *visio*, Gen. XXII, 8. 1. Sam. XVI, 1. *Ordinatio*, Ps. CXIX, 91. *Servatio*, Ps. XXXVI, 7. διοίκησις, Sap. XII, 18. ἀκυβέρνησις, Sap. XIV, 3. πρόταξις, Act. XVII, 26.

§. 250. Accipitur vel *latè*, prout omnia tria hæc,

προγνωσιν, προθεσιν & διοικησιν complectitur, qvô sensu providentia opus Dei internum & externũ simul est: vel *strictè*; atq; sic refertur, vel ad mentem, & significat προγνωσιν; de qva jam ante cap. de Attr. div. actum: vel ad voluntatem, & significat προθεσιν, vel decretum de rebus creatis conservandis ac gubernandis; qvomodo actibus Dei liberis internis annumeranda est: vel deniq; designat ipsum opus externum, actualem scilicet Dei providentiam; qvô sensu hîc accipitur.

§. 251. Esse aliqvam Dei providentiam, seu curam rerum creatarum, patet inter alia ex dictis Ps. CXXXIX, 7.8.9.10. Jerem. X, 23. Joh. V, 17. Act. XVII, 25.28. Heb. I, 3. Sap. VI, 8. XII, 13. XIV, 3.

§. 252. Pater providens idem est, qvi universum hoc condidit, Deus nempe Unitrinus. Psal. XXXVI, 7. CIV, 27. CXLVII, 8.9. Matth. VI, 26. *Pater*, Joh. V, 17. *Filius*, ibid. & Col. I, 17. Heb. I, 3. & *Spiritus Sanctus*. Ps. CIV, 30. CXXXIX, 7.

§. 253. *Materia* circa qvam, seu *objectum*, est vel *generale*, vel *speciale*.

§. 254. *Objectum generale* sunt in universum omnia, qvæ sunt. Neh. IX, 6. Hebr. I, 3. Sap. IIX, 1. XII, 13.15.

§. 255. *Objectum speciale* aliud *primarium*, aliud *secundarium* est.

§ 256 *Primarium* Angeli sunt & homines; & qvidem hi in genere omnes. Act. XVII, 28. Matth. V, 45. Sap. VI, 8.

§. 257. Horum moderatur tùm *vitam*, tùm *actiones*.

§. 258.

ad extra interna e.g. πρόγνωσις et πρόθεσις

Wo soll ich – mich halten. Er selbst gibt leben u. Odem allenthalben jedermann – denn in ihm – u. sind wir.

Herr du hilfst beyde Menschen u. Vieh.

Mein Vater wirket bißher. Ich wirke mit. Er ist in ihm. Du läßest aus deinem Odem, so werden sie geschaffen, u. Erneuerst die Gestalt der Erden.

Quod providentia ex lumine poetnae non posset cognosci probant Athei sq. argumento. Et vicevid

Unser himmlischer Vater läßet die Sonne – und ungerechten er hat beyde die kleinen u. großen gemacht u. sorget für alle gleich.

Leben u. Wolthat hastu an mir gethan, u. dein Aufsehen bewahret meinen Odem.

Der Mensch hat s. bestimbte Zeit, die Zahl seiner Monden stehet bey dir, du hast ein Ziel – übergehen.
Wenn nun deine Zeit dahin ist. x.
Die Blutgierigen – zur helffte bringen.
Siehe ich will d. tage noch 15 Jahr zulegen.
Und die Seele des Kindes kam wieder zu ihm u. ward lebendig.

Des Hn Theil ist sein Volck, Jacob ist die Schnur seines Erbes.
Des Hn Auge sieht auff die so ihn fürchten.

Wer bereitet den Raben die Weise, wenn seine Jungen zu Gott ruffen, u. fliegen irre, wenn sie nicht zu essen haben.

§. 258. *Vitam* qvidem partim in *ingreſſu*, homines in utero materno formando & conſervando, Job. X, 3. 8. 9. 10. 11. 12. Pſ. CXXXIX, 14. 15. 16. Actor. XVII, 25. eosdemq; ex utero trahendo, Job. X, 18. Pſ. XXII, 10. 11. LXXI, 6. partim in *progreſſu*, Deut. XXX, 20. Job. X, 12. Pſ. LVI, 9. XXXVII, 23. 24. Job. XXXIV, 21. Prov. XVI, 1. XXI, 1. Pſ. CXXXIX, 2. 3. Matth. VI, 25. X, 30. partim in *egreſſu*, Job. XIV, 5. ita, ut conſtitutus vitæ terminus vel *obtineatur*, Gen. XLVII, 29. 2. Sam. VII, 12. vel *abbrevietur*, Pſ. LV, 24. vel *prolongetur*, Eſ. XXXIIX, 5. vel *duplicetur*, 1. Reg. XVII, 22. 2. Reg. XIII, 21. IV, 35. Matth. IX, 25. Luc. VII, 15. Joh. XI, 44. Act. IX, 40. XX, v. 12.

§. 259. *Actiones* hominum ſunt vel *bonæ*, vel *malæ*. Et has & illas pro objecto agnoſcit providentia divina; ſed diverſimodè, ut infrà dicetur.

§. 260. *Specialiſſimè* autem *objectum* ejus ſunt homines pii & fideles, Deut. XXXII, 9. ſeqq. Pſal. IV, 4. XXXIII, 18. XXXVII, 19. 25. LXXIII, 24. LXXVII, 21. XCI, 11. Hebr. I, 14. Matth. X, 31.

§. 261. *Objectum ſecundarium* ſunt reliqva creata omnia, ne minimis qvidem exceptis. Deut. XXV, 4. 1. Cor. IX, 9. Job. XXXIIX, 41. XXXIX, 1. 2. Pſ. CXLVII, 9. Prov. VI, 8. Matth. VI, 30. IIX, 31. X, 29. 30. Luc. XII, 6.

§. 262. *Forma* providentiæ divinæ abſolvitur iis actibus, qvibus in eſſe ſuo conſtituitur.

§. 263. Eorum tres ſunt: *conſervatio*, *cooperatio* ſeu *concurſus*, & *gubernatio*.

§. 264. Conservatio *est actus providentiæ divinæ, quo DEUS creaturas in sua natura & naturalibus proprietatibus ac viribus in creatione acceptis conservat, quousque vult,* Ps. CIX, 31. Es. XL, 26. Act. XVII, 28.

§. 265. Concursus *est actus providentiæ Divinæ, quò Deus influxu generali in actiones & effectus causæ secundæ, qua tales, seipso immediatè & simul cum ea, & juxta exigentiam uniuscujusque suaviter influit* Job. XXXIIX, 28. Ps. XVII, 14. 15. CXXXV, 7. CXLIIX, 8. LXXIV, 16. CIV, 6. 32. CXXXIX, 14. 15. Es. XXVI, 12. XVII, 28.

§. 266. Coincidit cum concursu isto qvoad rem *Omnipræsentia divina.*

§. 267. Est hæc actus providentiæ divinæ, & formaliter ac definitivè, in sensu scilicet ac stylo Biblico, *tùm adessentiam ad creaturas substantialem* illocalem, impartibilem, incircumscriptibilem, qvam Scholastici in descriptione concursus divini cum creaturis, immediationem suppositi dicunt: *tùm efficacem ac omnipotentem operationem,* qvam immediationem virtutis heîc vocant, importat, Gen. I, 2. Ps. CXXXIX, 7. seqq. Jer. XXIII, 23. 24. Sap. I, 6 7. 8. Act. XVII, 27. 28. Col. I, 17.

§. 268. Ejus fundamentum remotum est partim potentia adessendi creaturis, competens Enti omnipræsenti, vel per naturam; qvomodo ex immensitate fluit, & Deo, qvà tali tribuitur: vel per unionis personalis gratiam; qvomodo naturæ humanæ λόγου incarnati competit: partim omnipotentia

causa prima, quae ab nulla alia causa dependet neq in entia neq in operationibus causa 2da, quae ab alia quadam nempe prima causa Deo in esse ac operari dependet sic quando quaeritur quomodo Deus concurrat ad actiones hominum, h. Deus concurrit ad esse genericum, non v. ad esse specificum, h. e. ad hoc Deus non concurrit, ut haec illa actio sit mala nec m bona, homo n. est causa particularis, a causa v. particulari sit determinatio.

1. immediatione virtutis Deus conservat homines atq. concurrit ad eorum actiones

Cum Ens agit virtute sibi inexistente:

ἀδιάσασια immediatam denotat praesentiam quae competit Deo soli.

Intima bipraesentia christo competit in infimo statu exanitionis, et denotat quando Istq ibi secundum humanam naturam ibi adsit ubi adest deitas atq Rosos.

rex bi potentia concluditur bi presentia



Dan. III. Num. XXII. 28.

Permissio

non est blanda indulgentia, quasi Deus non curet, sic n. loquuntur Epicurei.

Gen. XX. 6. darumb habe ich dich behütet, daß du mich sündigtest

Impeditionis moralis exemplum vides 1 Sam. XXV. 34. warlich so wahr der H. lebet der mich verhindert hat.

Physica impeditio const. v. Deus XXVIII. 23. 24. dein himmel über deinem haupt wird ehern seyn etc.

Gen. IV. 12. wenn du d'ocker bauen wirst, so er dir so gleich dein vermög nicht geben.

Aliud sit determinatio exemplis declarari sit e.g. bi nimirum Deus metas ponit Grannis si Deus excruciat homines ad certum praestitutum tempus.

tentia divina, vi cujus efficax omnipræsentia est. Propinqvũ, liberrima Dei voluntas, Ps. CIV, 28. 29.

§. 269. Gubernatio est *actus providentiæ divinæ, qvo Deus creaturas in viribus, actionibus & passionibus suis decenter ordinat, ad Creatoris gloriam, & universi hujus bonum, ac piorum inprimis salutem.*

§. 270. Ejus qvasi partes qvatuor sunt: Permissio, Impeditio, Directio, Determinatio.

§. 271. Permissio *est actus providentiæ gubernatricis, qvô Deus creaturas rationales ad peccandum suâ sponte sese inclinantes, per impedimenta, qvibus agens finitum resistere neqvit, vel qvibus non restituũ novit, à malo lege vetito non retrahit, sed justis de causis in peccata ruere sinit.* Ps. LXXXI, 13. Act. XIV, 16. Rom. I, 24. 28.

§. 272. Impeditio *est actus providentiæ gubernatricis, qvô Deus actionem creaturarum pro arbitrio suo constringit, ne effectum dent, qvod vel naturali vel liberâ agendi vi alias efficerent.*

§. 273. Directio *est actus providentiæ gubernatricis, qvô Deus creaturarum actiones ita moderatur, ut ferantur in objectum ab infinito agente intentum, & finem ab eodem præstitutum,* I. Sam. IX. 17. X, 21, XVI, 7. seqq. Es. LV, 10. 11. Gen. XXXVII, 7. L, 20. Act. IV, 28. Rom. IX, 28. &c.

§. 274. Determinatio *est actus providentiæ gubernatricis, qvô Deus creaturarum viribus, actionibus & passionibus certos terminos, intra qvos se contineant, tùm ratione temporis, tùm ratione magnitudinis & gradûs, constituit,* Eccl. III, 2. Job, XIV, 5.

Joh.

Joh.II,4. 2.Cor.IV,17.18.Hebr.XII,10. CXXIV,2. seqq.Hiob I,12.II,6. 1.Chron XXII,27. &c.

§. 275. *Finis* Providentiæ divinæ alius primarius & ultimus,Dei nempe agnitio & celebratio, Prov.XVI, 4. alius secundarius & intermedius est,universi scilicet hujus,atqve piorum inprimis, utilitas Es.XLV,18. Gen.I,26.28.seqq.Ps.CXV,16. Rom.IIX,28.

§. 276. E dictis fluit hæc Definitio: *Providentia est opus Dei Unitrini externum,qvô res à se conditas universas ac singulas potentissimè conservat, inq; earum actiones & effectus suavissimè coinfluit,ac sapientissimè omnia gubernat,ad nominis sui gloriam & universi hujus atqve piorum inprimis, utilitatem.*

§. 277. Distingvitur providentia hæc (1) in *generalem*, cujus objectum totum mundi hujus systema est: & *specialem*, qvæ versatur circa conservationem ac gubernationem Ecclesiæ & hominum fidelium.

§. 278. (2) In *extraordinariam*, qvâ supra & contra institutum à se ordinem operatur agens infinitum Psal. CXIV,8. Jos. X,12, 2.Reg. VI,6. &c. & *ordinariam*, qvâ juxta naturæ legem agit Matth.VI,24. seqq. Ps.LXV,10.seqq. CIV,9.seqq. Hiob. XXXVII. XXXIIX.XXXIX. cap.

§. 279. (3) In eam, qvæ circa *bonum*, & eam qvæ circa *malum* occupatur.

§.280. Providentia circa *bonum* est,qvæ pro objecto unicè habet id,qvod in creaturis earumqve actio-

Der Herr macht alles um sein selbst willen, auch den Gott-
losen zum bösen tag.

Der Himmel allenthalben ist des H. aber die Erde hat
er den Menschen Andern gegeben.

Der den Felß wandelt in Waßer=See, u. die Steine in
Waßerbrunnen.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0139
DFG

Peccati praevisio est, qua Θ praevidet, hominem hoc l. illud peccatum esse commissurum.
Aversatio est, qua Θ abhorret a peccatis ab homine committendis. Ps. V. 4. Non tu es Deus volens iniquitatem etc.
Prohibitio, qua Θ, homini approbat in decalogo, hoc l. illud ab homine agendum, esse peccatum.
Impeditio, qua Deus admittit, ut retrahat hominem a commissione peccatorum. Gen. XX. 6. Dixit ei Θ in somnis: Scio quod in simplicitate cordis tui hoc feceris, et idcirco servavi te, ne peccares in me.

Actus Concomitantes sunt.

Sustentatio peccatoris, qua Θ hominem male agentem sustentat.
Coefficientia, qua Deus ad perpetrationem peccati concurrit, ut quidem generaliter concurrat, non autem esse specificum creator a directore, id est causa secunda primaria homine.
Permissio, qua Deus physice permittit commissionem peccati, ita ut nimirum, ut non obstacula admittat, sed impeditiones.
Actus consequentes
Directio, qua Deus sive intentione peccantis, peccatum commissum ad bonum dirigit finem.
Obj. 1. Deus interdum peccata permittit, ut bonus sequatur effectus,

actionibus bonum est, circa qvod versatur cooperando, dirigendo, determinando.

§. 281. Providentia circa *malum* est, qvæ pro objecto habet malum, idqve tùm *naturale*, tùm *morale*.

§. 282. Circa malum *naturale* versatur tùm entitatem actus & effectus comproducendo, tùm causam particularem in agendo deficientem non impediendo.

§. 283. Circa malum *morale*, qvomodo occupata sit Divina prouœa, ostendunt actus, peccatum tùm *antecedentes*, tùm *concomitantes*, tùm *consequentes*.

§. 284. *Antecedentes* sunt (1) peccati prævisio, (2) aversio, (3) prohibitio, (4) impeditio.

§. 285. *Concomitantes* sunt (1) naturæ seu substantiæ malè agentis sustentatio, (2) actionis ipsius qvoad materiale spectatæ coëfficentia (3) ἀ ταξίας actioni adhærentis permissio.

§. 286. *Consequentes* sunt (1) directio, (2) determinatio, (3) peccati remissio, (4) pœnæ irrogatio.

DE FINE THEOLOGIÆ FORMALI, qvi est fruitio DEI.

§. 287. Dictum fuit hactenus de fine Theologiæ *objectivo*, qvi DEUS est. Seqvitur finis *formalis*, qvi est fruitio Dei

§. 288. Fruitio DEI alia *inchoata*, alia *consummata* est.

§. 289.

§. 289. *Inchoata* obtinetur in hac vita per fidem in Christum, & consistit in reali communione omnium bonorum vitæ æternæ essentialium cum Ecclesia triumphante, qvoad ἀρραβῶνα seu prægustum Joh. III,36. V,24. Hebr. VI,4.5.

§. 290. *Consummata* alterius seculi est, & consistit in plena ac nunqvam interrumpenda bonorum cœlestium perceptione.

§. 291. Estqve vel *consummata secundùm qvid*, qvalis animæ separatæ competit, vel *absolutè* talis, qvæ est totius compositi post animæ cum corpore redunitionem.

§. 292. Vocatur fruitio hæc consummata, aliàs vita æterna, item regnum cœlorum, Matth. V,20. VII,21. regnum paratum à constitutione mundi, Matth. XXV,34. hæreditas, Act. XX,32. Gal. III,18. Eph. I,14. gaudium piorum, Joh. XVI, 22. &c.

§. 293. Esse fruitionem hanc, seu vitam æternam, constat ex Job. XIX,25. seqq. Psal. XVI,5.6.9. 11. XVII,15. XXXVI,9. Es. LXV,17.18. Dan. XII, 2.3. Matth. XXV,46. Joh. V,29. X,28 &c.

§. 294. *Causa* vitæ æternæ *efficiens prima* est solus Deus, gratis hominem salvans, Rom. VI,23. Eph. II,8.9. Tit III,5. Es. XLIII,11. XLV,21. Os. XIII,4. Jac. IV,12.

§. 295. *Causa promerens* eandem hominibus est unica obedientia Christi activa & passiva, Joh. III,13.14.15. Act. IV,12. Rom. VI,23. 1. Thess. V,10. 2. Tim. II,10. Hebr. V,9. 1. Joh. V,11.

§. 296.

Wer an den Sohn gläubet, d'hat dz ewige Leben.
Warlich — wer mein Wort höret — Leben.
Es ist unmüglich — u. geschmeckt haben die himlische
Gaben — zur Busse

Johannes Asgilius existimavit Christianum in xstianismo adeo genere vie ut Deus
Deinde non dubitare potuit talem xstianum vivum in Coelum sumere, quia
propugnat, hoiem perfecte in hac vita
posse beari quod est falsum.

Ich weiß daß mein x.
und sie werden in die — ewige Leben.

Der Todt ist der Sünden — ewige Leben.
Pontifici nobis opprobrant verbu gratis
dicentes nos immerito dicere, salvari hoiem gratis quia statuimus salvari p meritu
xsti; quicquid v: p meritu xsti non est gratis
R. meritum xsti in gratis nobis donatur
Gott hat uns so gesetzt zum Zorn, sondern die Seligk.
zu besitzen, durch unsern H. J. C. d'für uns gestorben ist.
Christus da er ist vollendet, ist er worden allen die ihm
gehorsam sind eine Ursach zur ewigen Seligk.
Gott hat uns dz ewige Leben gegeben, u. solches Leben ist in seinem Sohn.

Wie wollen wir entfliehen, so wir eine solche Seligkeit
Sachen, welche nachdem sie erstl. gepredigt ist durch den
Herrn, ist sie auffs nub kommen &c.

Neo evangelista ex §. 299 suum aeternum Evangelium
confirmare student. dicentes, ~~dem~~ si deus in oibus
erit non vero in damnatis esse possit, sequitur, quod
tempus advenire debeat, qua deus in illis esse possit. &c.
Non deus in oibus erit subjective, d. emi-
nenter i.e. beatis deus e loco bonorum omnium

privativa

§. 296. Causa *media* alia *offerens* & *exhibens* ex parte Dei; alia *apprehendens* atqve *applicans* ex parte nostri est.

§. 297. *Illa* Ministerium verbi & Sacramentorum; *hæc* fides est, Hebr. II, 4. Marc. XVI, 16. Joh. III, 15. 16. V, 24. VI, 40. 47. XI, 25. XX, 31. 1. Pet. I, 5. 9.

§. 298. *Materia in qva*, seu *subjectum* fruitionis hujus sunt post Angelos in bono confirmatos, homines in fide, Christi merito innixa, usqve ad finem vitæ perseverantes, tùm qvoad corpus, tùm qvoad animam, Matth. X, 22. Apoc. II, 10. 11. 17. III, 5. 12.

§. 299. *Materia circa quam*, seu *objectum*, DEUS est, qvi beatis erit omnia in omnibus, 1. Cor. XV, 28.

§. 300. *Forma* consistit generatim loqvendo in ineffabili, plenissimaqve, ac nullis seculis finienda incomprehensibilium bonorum perceptione.

§. 301. Sunt verò ea vel *privativa*, vel *positiva*.

§. 302. *Bona* vitæ æternæ *privativa* sunt absentia tum peccati, Apoc. III, 5. VI, 11. XIX, 8. XXI, 27. XXII, 15. 1. Pet. I, 4. tùm causarum peccati, videlicet carnis irritantis, Rom. VII, 24. Diaboli suggerentis, Rom. XVI, 20. Apoc. XX, 10. mundi seducentis, Sap. IV, 11. 12. tùm pœnarum peccati, cujusmodi sunt variæ calamitates, Psal. CXVI, 7. 8. 9. Es. XXV, 8. Ap. XXI, 4. Es. XLIX, 10. mors temporalis, Es. XXV, 8. Os. XIII, 14. 1. Cor. XV, 26. Ap. II, 7 XXI, 4. mors æterna, Os. XIII, 14. 1. Cor. XV, 55. Ap. II, 11. XX, 14. Huc etiam pertinet immunitas ab affectionibus & actionibus corporis ani-

animalis qvà talis ; cujusmodi sunt fames, sitis, esus, potus, usus conjugii &c. Apoc. VII, 16. 1. Cor. VI, 13. Matth. XXII, 30. 1. Corinth. XV, 42. 43. seqq.

§. 303. *Bona* vitæ æternæ *positiva*, alia *interna*, alia *externa* sunt.

§. 304. Bona *interna* sunt, qvæ cœlites intra semet ipsos sentient.

§. 305. Suntqve ea, vel *totius compositi*, vel *alterutrius compositi partis*.

§. 306. Bona interna *totius compositi* sunt, qvæ & corpus & animam beatorum afficiunt.

§. 307. Inter ista primum ac princeps est *beatifica DEI visio*. Job. XIX, 26, 27. Psal. XVII, 15. XXVII, 13. XXXVI, 10. Matth. V, 8. Joh. XVII, 24. 1. Cor. XIII, 12. Joh. III, 2. Apoc. XXII, 4.

§. 308. *Objectum* visionis hujus non tantùm Goël noster in assumta humanitate, sed & ipsa Divina essentia est. Hiob. XIX, 26. 27. 1. Joh. III, 2. Ps. XVII, 15. Apoc. XXII, 4.

§. 309. *Organum* visionis hujus sunt partim intellectus, 1 Cor. XIII, 12. partim oculi corporis glorificati, ad minimum respectu Redemtoris in assumta humanitate, Hiob XIX, 27. Ipsam verò divinam essentiam glorificatis corporis oculis visum iri in altera vita, nec præfractè negandum, nec ut apodicticum asserendum, sed futuræ potiùs experientiæ reservandum est.

§. 310. Ratione *modi* visio hæc non est *specularis*, qvomodo nunc per speculum in ænigmate videmus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0146
DFG

Ihr Engel im himmelschen allbezeit — im himmel
von dem Tage aber — auch die Engel so im himmel.

Wie wir getragen haben das Bilde des irrdischen
so werden wir — himmlischen.

Unser Wissen ist stückwerck — aufhören.
Ziehet den neuen Menschen an etc.
Ihr habt auch nun traurigk. — niemand von euch nehmen.

Sociniani quando negant eadem nu-
mero corpora resurrectura probare
hoc ~~cor~~ annituntur ex 1 Cor: XV.
44. Siquidem ibidem resurrecturi di-
cuntur spiritus. R. v. spiritualibus
qualitatibus ~~ex~~ resurgent donati. talis
quoque sensus est allegati illius dicti:

demus: sed *intuitiva*, immediata & perfecta, 1.Cor.XIII,12.1.Joh.III,2. non tamen *comprehensiva*, termino stricte sumto, pro adæqvatâ rei cognitione; qvomodo solus DEUS sui comprehensor est. Cognoscunt ergo beati totam DEI essentiam, verùm non totaliter & modô infinito, sed finitæ suæ naturæ convenienti. Matth. XVIII,10. c. XXIV,36. Marc. XIII,32.

§ 311. Effectus visionis hujus sunt reliqva vitæ æternæ dona & bona, fluminum ac marium instar ex hoc fonte provenientia.

§ 312. *Secundum* bonorum illorum internorum est ineffabilis exultatio ex beatifica DEI visione orta, Ps. XVI,11. Ps. XVII,15. Ps. XXXVI,9. 10. Psal CXXVI,1 2.5 6. &c. *Tertium* sempiterna DEI celebratio. Ps. CXXVI,2.3.5. Ap. IV,10.11. c. V, 8.9.11.12. &c. *Qvartum* perfecta imaginis divinæ recuperatio. Psalm XVII,15. Rom. IIX,29. 1. Cor. XV,49. 1. Johan III,2.

§. 313. Bona interna *alterutrius compositi partis*, sunt vel *animæ* vel *corporis*.

§. 314. *Animæ* sunt (1) perfecta intellectus illustratio, 1. Cor. XIII,9.10. (2) consummata voluntatis & appetitus rectitudo, Ps. XVII,15. Eph. IV,24. c. V,27. (3) summa de perpetuâ hujus beatitudinis duratione securitas Joh. XVI,22.

§. 315. *Corporis* sunt (1) spiritualitas, 1. Cor. XV, 44.45.47. Matth XXII,30. Luc. XX,36. Ph. III,21. (2) invisibilitas. 1. Cor. XV,44. (3) impalpabilitas. 1. Cor. XV,44.47. (4) illocalitas ibid. (5) subtili-

tas ibid. (6) agilitas. 1. Thess. IV, 17. 1 Cor. XV, 44. (7) impassibilitas, Ap. VII, 16. XXI, 4. (8) immortalitas & incorruptibilitas, 1. Cor. XV, 42. 43. 44. 53. 2. Cor. V, 4. Ap. XXI, 4. (9) firmitas ac sanitas, 1. Cor. XV, 43. (10) claritas, Dan. XII, 3. Matth. XIII, 43. 1. Cor. XV, 41. 43. (11) formositas, 1. Cor. XV, 44. Phil. III, 21.

§. 316. Bona *externa* sunt, qvæ beati extra semetipsos persentiscent.

§. 317. Eorum duo præcipuè sunt: Dulcissima cum DEO (Luc. XXIII, 43. Johan. XII, 26. XIV, 3. XVII, 24. 2. Cor. V, 8. Phil. I, 23. 1. Thess. IV, 17. Ap. XIV, 4. XXI, 3.) Angelisqve (Hebr. XII, 22) conversatio, in mutua adessentia, svavissimisqve colloqviis & mutuo honore, cum amore mutuo conjuncto, consistens: & pulcherrima nitidissimaqve habitatio.

§. 318. *Affectiones* horum bonorum sunt (1) continua & æterna duratio, 1. Th. IV, 17. Joh. XVI, 22. Ap. IV, 8. Es. XXXV, 10. Dan. XII, 2. 2. Cor. IV, 17. V, 1. Luc. XVI, 9. Heb. IX, 15. (2) varietas & inæqvalitas qvoad præmia accessoria, seu dotes qvasdam accidentales, atqve inprimis claritatem & splendorem corporum, Dan. XII. 2. 1. Cor. XV, 40. 41. 42. cujus tamen inæqvalitatis causa non in meritis humanis, sed in liberrima Divinæ benignitatis dispensatione & gratuita promissione, qværenda est, Matth. XX, 13. 15.

§. 319.

Sie wird es mehr hungern noch dürsten &c.

Es wird gesäet in Schwachh. u. wird aufferstehen in Kraft.
Denn werden die Gerechten leuchten wie die Sonne in ihres Vaters Reich.

Darnach wir die wir leben – bey dem H. seyn allezeit.
Siehe da eine hütte G. bey den Menschen, u. Er wird bey ihnen wohnen, u. sie werden s. Volck seyn, u. er selbst Gott mit ihnen, wird ihr Gott seyn.

§. 319. Esse beatificæ hujus fruitionis certum aliqvod atq; à damnatorum receptaculo distinctum πῦ, indubium est; qvum enim nec nullibi, nec ubiqve sint cœlites beati, non possunt non esse in πῦ aliqvo definitivo. Conf Luc. XVI, 26. 28. Qvale vero istud, & ubi præcise sit, non liqvet 1. Cor. II, 9.

§. 320. Initium plenariæ perceptionis ineffabilium horum bonorum, vitæ hujus finis est, ratione animæ separatæ. Luc. XXIII, 43. Ap. XIV. 13. At plenissima perceptio obtingit post animæ cum corpore reunitionem & ἀναστασιμὸν illum solemnem Matth. XXV, 34. 46.

§. 321. *Finis* fruitionis DEI beatificæ, seu vitæ æternæ *principalis* DEI gloria est, 1. Pet. V, 10. Eph. I, 4. 5. 6. *minus principalis*, piorum refectio, 2. Thess. I, 7 1. Pet I, 4. 6. IV, 13.

§. 322. Definitio fruitionis istius, qvatenus ut finis hominis supremus spectatur, hæc est: *Fruitio beatifica seu vita æterna, est gloriosissimus ille status, qvo DEUS ex mera gratia propter Christum Mediatorem unicum fide perseverante apprehensum, pios in cœlum receptos, qvoad animam qvidem statim post beatam ἀνάλυσιν, at post hujus cum corpore reunitionem qvoad utramq; compositi partem, summâ eaq; ineffabili ac nullis seculis terminanda gloriâ beabit, in nominis sui laudem & ipsorummet beatorum refectionem.*

DE MORTE ÆTERNA.

§. 323. Oppositum fruitionis hujus est ejusdem priva-

privatio, dicta aliàs *mors æterna*, *damnatio æterna* &c. *Anal. XXV.*

§. 324. Dari ejusmodi privationem fruitionis DEI beatificæ, patet ex Pſ. XLIX, 15. 20. Eſ. LXVI, 24. Dan. XII, 2. Zach. IX, 11. Matth. III, 10. Luc. III, 17. Matth V, 22. c. XXV, 46. c. IIX, 12. Luc. XIII, 27. 28. Matth. X, 28. c. XIII, 40. 42. c. XXII, 13. c. XXV, 41 46. Luc. XVI, 23. &c.

§. 325. *Cauſa* pœnam hanc infligens, DEUS, juſtus ſcelerum vindex eſt, Pſ. VII, 13. 14. Pſ. XI, 7. Matth. VII, 23. c. X, 28. Apoc. I, 18.

§. 326. *Cauſa* reſpectu *hominum* damnandorum meritoria eſt vel *prima*, vel *à prima orta*.

§. 327. *Prima* eſt apoſtaſia illa primorum parentum in paradiſo, Gen. II, 17. Rom. V, 12.

§. 328. *A prima orta* ſunt omnia omninò peccata: omnia namqve naturâ ſuâ merentur mortem, Jac. II, 10. Deut. XXVII, 26. Gal. III, 10. Rom. VI, 23. c. VII, 24. 25. imprimis peccata actualia proæretica, Jac. I, 15. Rom. IIX, 13. 1. Cor. VI, 9. 10. Gal. V, 19. 20. 21. 2. Theſſ. I, 6. 8. 9. maximè omnium autem infidelitas finalis, utpote qvæ immediata damnationis cauſa eſt. Marc. XVI, 16. Joh III, 18. 36.

§. 329. *Subjectum* recipiens pœnas infernales ſunt unà cum Angelis malis homines finaliter increduli, Matth. XXV, 41. 1 Pet. III, 19. 20. & hi qvidem tàm qvoad corpus, qvàm qvoad animam, Matth. X, 28.

§. 330. *Forma* eſt omnis illa malorum damnatis deſtinatorum congeries.

§. 331

§. 331. Sunt ea partim *privativa*, partim *positiva*.

§. 332. *Privativa* sunt (1) privatio beatificæ DEI visionis, Matth. XXV, 41. c. IIX, 12. c. XXII, 13. (2) Separatio à consortio bonorum omnium, Matth. IIX, 11. 12. c. XXII, 13. Luc. XVI, 23. 26. (3) exclusio à luce, qviete & felicitate cœlesti Matth. IIX, 12. XXII, 13. XXV, 30. 2. Thess. I, 6. 8. 9. (4) omnis omninò commiserationis tàm divinæ qvàm humanæ denegatio. Prov. I, 26. Ps. LII, 8. 9. Ps. LVIII, 11. Luc. XVI, 24. 25. (5) omnimoda desperatio. Apoc. VI, 6. 17.

§. 333. *Positiva* alia *interna*, alia *externa* sunt.

§. 334. *Interna* sunt, qvæ intra semet ipsos sentient damnati, animæ scilicet dolores & cruciatus inexplicabiles, Ps. XVIII, 5. 6. Ps. XXVIII, 3. seqq. Es. LXVI, 24. Marc. IX, 44. 46. 48.

§. 335. *Externa* sunt, qvæ extra se persentiscent; tristissima nempè cum Diabolis consociatio, Matt. XXV, 41. squalidissima habitatio, Matth. XXV, 30. & ustio sine combustione dolorosissima. Luc. XVI, 23. 24. Apoc. XIV, 10. 11. XX, 10. &c.

§. 336. *Affectiones* horum malorum sunt (1) æterna continuitas Es. XXXIV, 10. Apoc. XIV, 11. XX, 10. Dan. XII, 2. Esa. LXVI, 24. Matth. III, 12. Luc. III, 17. &c. (2) graduum disparitas, Matth. V, 22. X, 15. Luc. X, 12. Matth. XI, 22. 23. c. XXIII, 14. 15. Luc. XII, 47. 48.

§. 337. Rg̃ inferni certum est Luc. XVI, 26. qvale autem & ubi illud sit, in mundo, an extra eundem, non liqvet.

§. 338. Initium tormentorum infernalium, ratione animæ separatæ, est primum momentum discessus ejus ex corporis habitaculo, Luc. XVI, 22. 23. Apoc. XIV, 13. Sequentur totius compositi cruciatus, latâ in extremo judicio de impiis sententiâ, Matth. XXV, 41. 46.

§. 339. *Finis* alius *summus*, seu *ultimus*, Divinæ scilicet justitiæ & veritatis manifestatio, Ps. XI, 7. 8. 2. Thess. I, 6. 8. 9. alius *intermedius* est; impiorum nempe justissima pœna & piorum exultatio, Psal. LII, 7. 8. 9. 10. LIIX. 11. 12. Sap. V, 1.

§. 340. Descriptio hæc est: *Mors æterna est infelicissimus ille status, in quo ex justo DEI judicio, homines finaliter increduli, Diabolis in carcere infernali associati, quoad animam quidem statim post hujus ex corpore discessum, & tandem, latâ in extremo judicio sententiâ, quoad utramq; compositi partem, gravissimis atq; ineffabilibus cruciatibus in æternum torquebuntur, in justitiæ & veritatis Divinæ laudem & piorum gloriam ac exultationem.*

PARS SECUNDA
DE
THEOLOGIÆ SUBJECTO, Homine scilicet peccatore ad DEUM reducendo.

§. 1. *Subjectum* Theologiæ, ut suprà innuimus, est homo lapsus ad DEUM reducendus.

§. 2. Circa lapsum hominis considerandus, tùm terminus *à quo*, tùm terminus *ad quem*.

§. 3.

Pontificii

Mat: XII. 32. ex h. l. probare adnituntur locum
tertium. porro 1 Cor. 1 15 1 Cor: XV. 29. Plus
mons

Act. XV. 9. gott ist der
Kein hertz ~~werden~~ gereiniget d. h. den glauben

Terminus a Quo, est conditio ante lapsum, ad Quem, conditio post lapsum.

§. 3. *Terminus à quo* status innocentiæ est, in qvo imago DEI plenissimo jubare effulgebat.

DE IMAGINE DEI.

§. 4. *Imago* dicitur qvasi *imitago*, qvia scilicet imitatur suum prototypum.

§. 5. Est verò vox imaginis πολύσημος: vel enim tantùm umbratilem ac evanidam qvandam rerum speciem significat, qvomodo accipitur Psal. XXXIX, 7. LXXIII, 20. vel denotat ipsam rei adumbratæ substantiam, ut Heb. X, 1. vel denique unius ad aliud convenientiam importat.

§. 6. Atqve tùm notat convenientiam vel *essentialem*; qvomodo imago Patris, in Divinis qvidem Filius Patri ὁμοούσιος, Col. I, 15. Hebr. I, 3. in humanis autem Filius Patri ὁμοιούσιος dicitur: vel *accidentalem*, qvæ vel in sola qvalitate radicata est; ut qvum qvis ratione naturalis inclinationis, vel ob similitudinem morum vocatur imago alterius, conf. Gen. V, 1. 3. vel in qvantitate, cum qvalitate complicata; qvomodo picturæ & statuæ prototyporum suorum imagines appellantur. Vel in aliis etiam prædicamentorum generibus: qvomodo typus imago sui antitypi dicitur.

§. 7. Hoc loco imago *accidentaliter* sumitur, & denotat qvalitatem hominis mutabilem & amissibilem.

§. 8. Porrò *imago* DEI accipitur vel *improprie*, atq; sic qvidem vel pro ipsa essentia animæ, intelligendi & volendi facultate præditæ; qvomodo nō

nulli veterum imaginem DEI acceperunt: vel pro generali qvadam congruentia & analogia, qvâ anima hominis qvædam θεία exprimit, seu exemplar qvoddam divinitatis: vel pro dominio in animantia, qvod accidentaliter saltem, imaginem DEI respicit. Vel sumitur *propriè*, pro interiori illa virium integritate & rectitudine primo homini concreata.

§. 9. Et sic accipitur vel μεριϰῶς, pro illa animæ perfectione, qvæ aliàs justitiæ originalis venit nomine: vel ὁλιϰῶς, prout omnia complectitur, qvæ imaginem illam DEI absolvunt, sive principaliter ad eam pertineant, sive minus principaliter. Qvæ acceptio hujus loci est.

§. 10. Dari imaginem DEI, probatur ex Gen. I,26.27. V,1. Col. III,10. Eph. IV,24. Sap. II,23.

§. 11. *Causa efficiens imaginis* DEI est tota Sacrosancta Trinitas. Gen. I,26.27.

§. 12. *Causa impellens* interna est mera DEI bonitas.

§. 13. *Materia in qva*, seu *subjectum* imaginis DEI est vel QVOD, sive *totale*; vel QVO, sive *partiale*.

§. 14. *Totale* est totus homo, ratione utriusq; sexus, Gen. I, 26.27.

§. 15. *Partiale* est vel *primarium*, vel *secundarium*.

§. 16. *Primarium* est hominis anima rationalis cum suis facultatibus, intellectu scilicet, voluntate & appetitu sensitivo.

§. 17

§. 17. *Secundarium* corpus animâ rationali informatum est.

§. 18. *Forma* est excellens illa creaturæ rationalis, hominis scilicet, cum DEO archetypo conformitas.

§. 19. Est hæc gemina: una *principalis* altera *minus principalis*.

§. 20. *Principalis* in anima est, & triplicem involvit perfectionem; *intellectus* scilicet, *voluntatis* & *appetitus sensitivi*.

§. 21. *Perfectio* animæ *prima* erat conformitas *intellectus* humani cum DEI scientia & sapientia. Col. III, 10. Gen. II, 19. 23.

§. 22. Ponit hæc excellentiam intellectus in homine primo tantam, qvantam nullius hominum post lapsum sive ex natura, sive ex revelatione, scripta acqvirere potest. Eph. IV, 12. 13. Rom. IIX, 23. Gen. II, 19. 20. 24. finitam tamen & perficiendam ulterius tùm per revelationem divinam, tùm experientiam propriam; ac proinde ignorantiam puræ negationis non excludentem.

§. 23. Perfectio animæ *altera* erat *voluntatis*, seu appetitus rationalis conformitas cum DEI sanctitate & libertate. Eccl. VII, 30. Eph. IV. 24.

§. 24. Duo itaqve ingentia decora posfidebat voluntas; primò naturalem ad bonum inclinationem, omnem omninò potentiam prævaricandi proximam excludentem: deinde liberam & expeditam boni volitionem, volitiqve executionem.

§. 25. *Perfectio* animæ *tertia* erat conformitas *appetitus sensitivi* cum DEI castitate, puritate & ἀυτάρκεια, Gen. II, 25.

§. 26. Justus ergò & sanctus homo primus conditus est, expersq; omnis omninò labis naturalis, ac proinde respuens omnem statum intermedium.

§. 27. Atqve hinc etiam impeccabilis dicitur, impeccabilitate non absolutâ seu omnimodâ; qvomodo DEus per essentiam, Angeli in bono confirmati, & beati in altera vita per gratiam impeccabiles sunt: sed secundum qvid intelligenda, ut abfuerit saltem naturalis & proxima ad peccandum potentia, nec non ipse peccandi actus, sicqve ipse non-labilis dici mereatur.

§. 28. Tantum de *principali* conformitate; sequitur *minus principalis*, geminam includens perfectionem, qvarum altera *in homine*, altera *extra hominem* est.

§. 29. *In homine* est conformitas corporis animati cum DEI impassibilitate & immortalitate; Gen. II, 15. III, 17. 19. Sap. II, 23. 24. Rom. V, 12. VI, 13.

§. 30. Impassibile ergò & immortale fuit hominis integri corpus. *Impassibile*, non ob omnis omninò passionis absentiam; sed qvod expers fuerit passionis dolorosæ ac molestæ, & mortem causaturæ, Gen. III, 17, 18. 19. *Immortale*, immortalitate naturali nondum gloriosâ, eâq; non absolutâ, sed ordinatâ, seu ad certa media divinitùs constituta adstrictâ.

§. 31.

Ita fuerunt Protoplasti immortales, quia potentia moriendi passiva ac remota ttm adfuit, ut illaq in actum non traduci potuisset, si subjectum sese debito modo gessisset ..

Imago Dei hoii erat naturalis, d. effective non v. constitutive, ita ut necessario in illo, nec consecutive, ut necessario ex Entia fluxisset. D.

§. 31. Perfectio minùs principalis *extra hominem* est conformitas externi Dominii cum Creatoris potestate, & majestate, Genes. I, 26. 28.

§. 32. Atq; hæ, qvas recensuimus conformitates, ad imaginem DEI relatæ diversimodè se habent; qvædam enim *essentialiter*, qvædam *accidentaliter* illam respiciunt.

§. 33. *Essentialis* imagini DEI est illa, qvam diximus, animæ & corporis perfectio: συμβεβηκότως verò & *accidentaliter* saltem ei tribuitur dominium utile in Creaturas irrationales; utpote qvod ab imagine DEI separabile est.

§. 34. *Finis* imaginis DEI alius *ex parte Creatoris*; alius *ex parte creaturæ* seu *hominis* est.

§. 35. *Finis ex parte Creatoris* est tùm beatitudinis Divinæ communicatio; tùm bonitatis & sapientiæ ejus demonstratio.

§. 36. *Finis ex parte hominis* est tùm DEI agnitio, tùm ejusdem dilectio & celebratio.

§. 37. *Adjuncta* imaginis DEI sunt (1) naturalis ejusdem ac mutabilis inhæsio, Gen. I, 27. Sap. II, 23. Gen. V, 3. (2) naturalis propagatio, Gen. V, 3. Rom. V, 12. (3) amœnissima habitatio, Gen. II, 8. (4) Donorum supernaturalium accessio: cujusmodi sunt supernaturalis DEI favor, gratiosa SS. Trinitatis inhabitatio, & resultans inde svavitas & delectatio.

§. 38. Definitio hæc est: *Imago DEI est perfectio naturalis, in excellente conformitate cum Dei sapientia*

tia, justitia, immortalitate & majestate consistens, concreata homini primo divinitus, ad DEUM creatorem perfectè agnoscendum, diligendum & glorificandum.

DE PECCATO.

§. 39. Terminus *ad qvem* prolapsûs Adamitici est *peccatum*, & inde dependens miseria.

DE PECCATO IN GENERE.

§. 40. Dicitur *peccatum* à *pecco*. Pecco autem à Latino pecus esse, qvidam volunt.

§. 41. Hebræis dicitur inter alia חַטָּאָה item עָוֹן & פֶּשַׁע Græcis ἁμαρτία, παράβασις, πτῶμα.

§. 42. *Causa* peccati qva talis, nullo prorsus modo, qvocunqve is veniat nomine, DEUS est. Ps. V, 5. Ps. XLV, 8. Es LXV, 12. Zach. IIX, 17. 1. Joh. I, 5. Jac. I, 13. 17. Sed qvicqvid ἀνομίας in agente rationali usquam est, id omne liberæ ipsius creaturæ voluntati, in agendo sponte suâ deficienti, adscribendum. Ps. V, 5. Os. XIII, 9. Matth. XXIII, 37.

§. 43. *Materia* peccati *in qva*, sive *subjectum* sunt tùm *Angeli lapsi*, tùm *homines*.

§. 44. Respectu *hominis* subjectum peccati est vel *totale*, vel *partiale*.

§. 45. *Totale* est totus homo à peccato denominationem ultimatè accipiens.

§ 46. *Partiale* est vel *primarium*, vel *secundarium*.

§. 47.

discrimen intercedit inter vocabula hæcce peccatum significantia, ἁμαρτία

Neque idem deus est causa peccati per accidens, uti Calvinianis contendunt. Causa per accidens n. m. est causa vera, si igitur deus esset causa per accidens vera m. foret causa efficiens. Eg.

obstat, quod tamen nobis arborem vitæ in conspectu ponens, causa mox fiat per accidens. R. minime. Deus eam obscuram non est causa per accidens, homo v. potius ansam cepit ex conspectu huius arboris

1 Joh. III. 4

§. 47. *Primarium* seu πρῶτον δεκτικὸν, anima cum suis potentiis seu facultatibus: *Secundarium* corpus est.

§. 48. *Materia circa quam* Lex divina est.

§. 49. *Forma*, seu potius *formale* peccati *absolutè* spectati est deflectio à Lege DEI, 1 Joh. III, 4. atqve sic materiale ejus est subjectum in qvo, de qvo modò dictum. *Formale* autem peccati *relatè* considerati est reatus seu obligatio ad pœnam; atqve sic ejus materiale dispositio, habitus, actusve illegalis est.

§. 50. *Finis ex parte Diaboli* est Creatoris per creaturam offensio, & regni infernalis adauctio: *ex parte hominis*, imaginarii alicujus boni consecutio.

§. 51. *Effectus* peccati sunt ira divina, & temporales atqve æternæ pœnæ.

§ 52 Est autem porrò *peccatum* aliud *primum*, aliud *à primo ortum*.

DE PECCATO PRIMO.

§. 53. *Peccatum primum* est vel *absolutè* tale, vel *tale in genere humano*.

§. 54. Peccatum primum *absolutè* tale est apostasia Angelorum qvorundam, de qvo supra L. de Angelis actum.

§. 55. Peccatum primum *in genere humano* est lapsus primorum Parentum in paradiso; dictus Apostolo παράβασις Ἀδάμ, Rom. V, 14.

παρά-

παράπτωμα ἑνός, Ibid v. 15. 17. 18. παρακοὴ ἑνὸς ἀνθρώπου, v. 19.

§. 56. Appellatur aliàs à Scholasticis peccatum originis *originans*, hoc est, originem præbens intimæ naturæ humanæ corruptioni, qvæ aliàs peccatum originis *originatum*, seu à primo illo ortum dicitur.

§. 57. *Causa* hujus peccati *externa prima* & *principalis* Satan est, agens hic non per impulsionem internam; neq; per violentiam extrinsecam, (utrumq; enim integritatis status, in qvo primitus conditus erat homo, repugnat) sed per meram svasionem moralem externam.

§. 58. Causa *instrumentalis* Serpens est, isqve verus & naturalis, sed à diabolo obsessus, Gen. III, 1. 14.

§. 59. Causa *interna*, & directè (ut sic dicam) *efficiens*, est hominis primi intellectus & voluntas, non ex defectu aliqvo interno, qvi tum nullus, sed per accidens, ob seductionem externam, aberrans.

§. 60. *Materia in qva*, seu *subjectum* primò Eva est, immediatè à diabolo seducta; deinde Adam, ab eodem per Evam jam seductam deceptus, 1. Tim. II, 14. atqve in his duobus, ceu stirpe, radice ac principio generis humani, omnes eorum posteri, juxta consvetum naturæ ordinem ex iis descensuri. Rom. V, 12. 19.

§. 61. *Causa proxima*, cur peccante primo homine omnes ejus posteri peccaverint, est existen-

tia

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0175
DFG

Des hoies in Adamo peccarunt et peccatores facti
A: 1) foederaliter, 2) radicaliter, 3. seminaliter
repraesentative, et acquisitive

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0176
DFG

tiâ totius speciei humanæ in persona Protoplasti. Rom. V, 12. Ψ Lu 7. Joh. III. 7.

§. 62. *Lapsus* primi hominis, prout præcisè notat transgressionem circa arborem vetitam, *formaliter* ipsius individui Adami peccatum est; noster autem solâ *imputatione* fit. At prout connotat qvodqvod ex illa transgressione fluxit, naturæ scilicet vitium seu justitiæ originalis carentiam, non solâ imputatione, sed etiam per carnalem generationem ad posteros tansit, Gen. V, 3. 1. Cor. XV, 48.

§. 63. *Materia circa qvam* seu *objectum*, aliud *mediatum*, aliud *immediatum* est.

§. 64. *Mediatum* est tota Lex moralis, legis Paradisiacæ transgressione virtualiter violata Jac. II. 10. *immediatum*, ipsa lex de non comedendo ex arbore scientiæ boni & mali.

§. 65. *Forma* (ut sic loqvar) peccati primi est deflexio à lege, primis parentibus in paradiso latâ, Gen. III, 16. 17.

§. 66. Complectitur hæc deflexio ambitu suo aliqvot distinctos actus peccaminosos, qvos inter, juxta præviam Verbi Divini lucem, hic datur ordo: *Primus* est incredulitas seu non habita fides verbo DEI: *Alter* affectatio Deiformitatis: *Tertius*, natum inde legem transgrediendi propositum: *Qvartus*, propositi hujus deductio in actum, Gen. III, 1. 2. seqq.

§. 67. Finis peccati primi alius *ex parte DEI* permittentis; alius *ex parte diaboli* malum suggeren-

gerentis; alius *ex parte ipsius hominis* peccantis est.

§. 68. *Ex parte DEI*, est bonum illud, qvod ipse ex lapsu hoc præter & contra ejus naturam, pro bonitate & sapientia sua elicere novit. *Ex parte Diaboli*, vindicta adversus Creatorem sceleris Satanici vindicem. *Ex parte hominis*, melioratio conditionis præsentis ac evectio ejusdem ad statum divinæ excellentiæ propiorem, qvam imaginabatur sibi primus homo ex inani promisso Diaboli, Gen. III, 4.

§. 69. *Effectus* peccati primi alii ratione *ipsorum primorum parentum*; alii *ratione posterorum* sunt.

§. 70. *Ratione primorum parentum* sunt, divinæ imaginis amissio, & qvidem totalis, remanentibus saltem qvibusdam sive ruderibus, sive vestigiis: profundissima item totius naturæ depravatio: obligatio ad pœnam in comminatione legi Paradisiacæ annexâ expressam; vitæ hujus ærumnæ atqve miseriæ; & deniqve mors ipsa.

§. 71. *Ratione posterorum* sunt labis originalis per carnalem generationem propagatio, & cætera mala omnia, qvæ peccatum comitantur.

§. 72. Descriptio hæc est: *Peccatum primum in genere humano est prævaricatio primi hominis, qvâ is à Diabolo seductus legem Paradisiacam voluntariè transgrediendo sibi & posteris omnibus juxta naturæ seriem ex se propagandis, profundissimam totius naturæ corruptionem, & temporalem juxta ac æternam mortem attraxit.*

DE

DE PECCATO A PRIMO ORTO, ET IN SPECIE DE PECCATO ORIGINALI.

§. 73. Actum fuit de peccato *primo* Adamitico. Seqvitur peccatum à primo hoc *ortum*.

§. 74. Est hoc vel *originale*, vel *actuale*.

§. 75. Peccatum *originale*, seu originis ita, dicitur, non qvod à prima sive mundi, sive hominis origine extiterit, sed, qvia partim cum origine cujusvis hominis suam in homine originem nanciscitur, partim, qvia fons atq; origo omnium peccatorum actualium est.

§. 76. Accipitur (1) pro actu transgressionis Paradisiacæ. (2) pro vitioso habitu, ἕξει illâ contracto: qvæ acceptio hujus loci est.

§. 77. Dari peccatum illud originis, patet ex Gen. V, 3. VI, 5. IIX, 21. Joh. XIV, 4. Psal. XIV, 2. 3. LI, 7. LIIX, 4. Es. XLIIX, 8. Joh. III, 5. 6. Rom. V, 14. Eph. II, 2.

§. 78. Fons atqve scaturigo hujus mali *prima*, est lapsus primorum parentum, Gen. II, 17. Rom. V, 12. *proxima*, generatio ex corruptis parentibus, Job. XIV, 4. Ps. LI, 7. Joh. III, 6.

§. 79. *Subjectum* est vel *prædicationis*, vel *inhæsionis*.

§. 80. Subjectum *prædicationis* sunt omnes ordinariâ naturæ viâ ex Adamo descendentes homines,

mines, Rom. V, 12. 18. Psal. XIV, 3. Rom. III, 23. Job. XIV, 4. Joh. III, 6.

§. 81. Subjectum *inhæsionis* est vel *totale*, vel *partiale*.

§. 82. *Totale* est totus homo, Job. XIV, 4. Ps. LI, 7. Joh III, 5. 6.

§. 83. *Partiale* est vel *primarium* vel *secundarium*.

§. 84. Partiale *primarium* anima est, cum suis facultatibus. Gen. VI, 5. IIX, 21. 1. Cor. II, 14. Eph. IV, 18. V, 8.

§. 85. *Secundarium* corpus animatum est, Matth V, 29. XIIX, 8. Rom. VI, 12. 13. VII, 24.

§. 86. *Materia* circa qvam, sive *objectum*, est tota lex moralis; inde etiam homo post lapsum rectè vocatur inversus Decalogus.

§. 87. *Forma* est habitualis justitiæ originalis privatio. Psal. XIV, 3. LIII, 4. Rom. III, 10. 11, 12. 23 cum forma contraria, totius nempe naturæ profundissima corruptione conjuncta, Rom. VII, 17. 20. 21. Hebr. XII, 1.

§. 88. *Effectus* peccati originalis sunt (1) primi atqve involuntarii pravæ concupiscentiæ motus, Matth. V, 19. Marc. VII, 22. qvi & ipsi, non minus ac radix, propriè dictum peccatum sunt, Rom VI, 6. 7. 11. 12. 13. 14 15. 16. 17. 18. 19. VII, 7. 8. 9. seqq. (2) Peccata actualia. Jac. I, 15. (3) Peccati originalis pœnæ, variæ nempe hujus vitæ calamitates, & denique mors temporalis & æterna, Rom. VII, 10. 11. 12. 13. 14. Eph II, 3.

§. 89.

581

Wer will einen reinen Feuer [illegible] der Reiner rein ist.

Quia mediante anima corpus inficit peccato. e. g. Impetus nati quo ferunt

Quod peccatum q. Intm sit in Anima non: in corpore volunt Arminiani
Rajon Claudius pec: O. Intm in intellectu non in voluntate qsistere affirmat

der Ich aber starb etc.

Quod P. O. sit accidens in Syst: ortodox: satis ostensum est, unicum adhuc proferendum est argum.: Si P. O. ~~est~~ constitueret substantiam hominis, tunc post absentiam hominis contra corrumpetur, et homo non maneret homo quod v. falsum si n. abeat homo non redderet imperfectior d. contra, nimirum perfectior: non
Quod ~~[illegible]~~ igitur sit accidens. illo Flat: non destruit argumentum
Quod est accidens o. pt corrumpere substantiam. Atq.
R. n. neg: maj: quod accidens omne solum post corrumpere substantiam
e. g: lapis de pariete eradicatus est tantum accidens: et tamen
pt corrumpere tota parietem
Causa peccatorum: non solum est causa moralis, d. et causa physica ac naturalis.

Παρακειμενον non v. ὑποκείμενον

Lassen uns ablegen die Sünde, so uns immer anklebet

Quod P. O. nunquam removeri possit Rom. VII. 18. 29

Sensus et fomes a nonnullis Theologorum pro uno ~~[illegible]~~ codem habetur, noster v. Autor verba haec ab invicem dirimens accuratius distinguere videtur.

§. 89. Est itaqve peccatum originis ex se & naturâ suâ omninò mortis meritorium & damnabile; (conf. II. modo all.) non tamen semper actu damnat; qvod ex accidenti sit, propter Christi scilicet meritum, fide apprehensum. Rom. IIX, 1.

§. 90. *Adjuncta* peccati originalis sunt (1) *naturalis inhærentia*, Heb. XII, 1. Rom. VII, 21. Non ergò substantia, sed accidens est.

§. 91. (2) *Naturalis propagabilitas.* Uti autem peccati πρωτον δεκτικον, anima, ita & ipsum peccatum originis, mediante animâ, cui penitissimè inhæret, propagatur per traducem, Gen. V, 3. Job. XIV, 4. Ps. LI, 7. Joh. III, 6. Eph. II, 3.

§. 92. (3) *Duratio.* Qvatuor in peccato originali notabilia occurrunt, qvorum singulis certus durationis terminus præfixus est. (α) Fomes habituaLiter inhærens sive radix. (β) Fomitis sensus. (γ) Ejusdem dominium; Et denique (δ) Reatus. Hic tollitur in regeneratione & justificatione: Dominium in renovatione: Sensus in morte: Fomes ipse non in cinefactione, (qvùm non corpus, sed anima primum & immediatum peccati subjectum sit) sed ipsâ animæ à corpore solutione.

§. 93. Descriptio hæc est: *Peccatum originale est intima atqve habitualis totius naturæ humanæ, justitiâ originali per lapsum primorum parentum privatæ, corruptio, in omnes omninò homines naturaliter ex Adamo descendentes, per carnalem generationem propagata, eosdemqve reos faciens iræ DEI, & æternæ damnationis.*

DE PECCATO ACTUALI.

§.94. Peccatum *actuale*, ab actu peccaminoso dicitur, atqve hôc ipsô originali peccato contradistingitur.

§. 95. Sumitur autem vox actus & actuale hic non strictè, pro externis tantùm operibus & peccatis commissionis; sed latè, ita ut etiam motus vitiosos internos, tùm primos, tùm secundos, nec non peccata omissionis, ambitu suo complectatur.

§. 96. Scripturæ Sacræ peccata actualia dicuntur opera carnis, Gal. V, 19. opera infructuosa tenebrarum, Eph. V. 11. actiones veteris hominis, Col. III, 9. opera mortua, Heb. VI, 1. IX, 14. ἔργα ἄνομα, 2. Pet. II, 8.

§.97. *Causa* peccati actualis in agendo *deficiens interna* est corrupta hominis voluntas, Matth. XV, 19. Marc. VII, 21. 22. 23.

§. 98. Causa *impellens interna* est concupiscentia irritans, Jac. I, 14.

§. 99. Causa *impellens externa* sunt diabolus, mundus, prava exempla, objecta sensibus externis obvia, otium & abundantia.

§. 100. *Materia* in qva sive *subjectum*, sunt omnes homines in actionibus suis internis & externis, etiam infantes, Gen. VI, 5. IIX, 21. Psal. LIIX, 4. Es. XLIIX, 8. & qvivis renati, Rom. VII, 14. 15. 16.

§. 101. *Materia* circa qvam, sive *objectum*, non tan-

tantùm Lex moralis, sed etiam Evangelium est, ut ex infrà dicendis constabit.

§. 102. *Forma* peccati actualis est ἀνομία particularis, in mali commissione & boni omissione consistens.

§. 103. *Effectus* peccati alius *per se*, alius *per accidens* est.

§. 104. Effectus *per se* sunt vulnera conscientiæ & pœnæ temporales ac æternæ.

§. 105. Effectus *per accidens* sunt de humana imbecillitate ac evitanda securitate commonefactio, 1. Cor. X, 12. Rom. IIX, 28. & misericordiæ Divinæ illustrior commendatio, Rom. V, 20. 1. Tim. I, 16.

§. 106. *Adjuncta* peccatorum actualium, sunt eorum gravitas, [illegible], remissibilitas & irremissibilitas.

§. 107. *Divisio* peccatorum actualium petitur partim à causa in agendo deficiente interna; partim à supposito peccante; partim à materiæ, partim ex ipso actu; partim ex effectu; partim ex adjunctis.

§. 108. Ratione *causæ in agendo deficientis* internæ, aliud voluntarium, aliud involuntarium est.

§. 109. Ratione *suppositi peccantis* aliud nostrum tantum; aliud & alienum formaliter, & nostrum participativè, seu communicative est, Ezech. III, 18. Rom. I, 32. Eph. V, 7. 11. 1. Tim. V, 22. 2.

Joh.V, 11. Apoc. XIIX,4. Rom.V,12. item aliud veniale, aliud mortale est, Ps.XXXII,1.Rom.IIX, 1.13. Jac. I,15.

§. 110. Ratione *materiæ in qva*, peccatum aliud internum, cogitatione, sive motu vitiosô cordis commissum; aliud externum, ipsô opere perpetratum est.

111. Ratione *materiæ circa qvam*, aliud contra primam tabulam immediatè & directè; aliud contra secundam tabulam est: in specie aliud committitur immediatè erga Deum, aliud contra proximum, aliud contra propriam peccantis personam: 1.Sam.II,25. Tit.II,12. item aliud in Filium Hominis, aliud in Spiritum Sanctum est, Matth. XII,31. 32. Marc. III,28. 29. Luc.XII, 10. Huc etiam referri potest distinctio in peccatum extra corpus & in corpus proprium, 1.Cor. VI, 18.

§. 112. Ratione *ipsius actus peccati*, aliud commissionis, aliud omissionis est. Licet enim omissio actionis, lege præscriptæ, non sit actio omissa, est tamen suo modo actio, si non formaliter, tamen materialiter, qvatenus nempe complicata est vel cum affectu pravo voluntario, vel cum actione externa rei oppositæ.

§. 113. Ratione *effectus* aliud clamans, Gen,IV, 10. XIIX,20. Ex. III,7. XXII,23. Jac V,4. aliud non clamans est, qvod Deus longanimitate suâ, fert & dissimulat, Act.XVII,30.

§.114.Ratione *adjunctorum* (1)aliud gravius aliud levius est; Ez.XV,47. Matth.XII,45. Luc. XI,26.

XI,26.Johan.XIX,11. 1.Tim.V,8. (2.) Aliud occultum, aliud manifestum, 1.Tim. V,24. (3) aliud mortuum,aliud vivens, Rom. VII, 8.9. (4) aliud manens,aliud remissum, Joh.IX,41. (5) aliud cum induratione & excœcatione conjunctum,aliud non; (6) aliud remissibile,aliud irremissibile.

DE PECCATO VOLUNTARIO.

§ 115. *Voluntarium* hic dicitur peccatum, non qvia à voluntate & in voluntate est ; sic enim etiam involuntariæ prævaricationes vuluntariæ forent; sed accipitur hoc loco ita, prout opponitur ei,qvod fit per ignorantiam & ἀπροαιρέτως.

§ 116. Inde vocatur peccatum proæreticum, seu præelectivum; item peccatum contra conscientiam, & peccatum malitiæ.

§. 117. *Peccatum* regnans non est Synonymon *peccati voluntarii:* nam si phrasis Biblica accuratiùs consideretur, τὸ regnare & non regnare peccato saltem originali,non actuali, tribuitur. Illud igitur regnare dicitur, qvando homo ejus irritationibus obsequitur ; non regnare, qvando ejus concupiscentiis obex ponitur.

§. 118. *Causa efficiens* peccati voluntarii est corrupta hominis voluntas, in peccatū consentiens.

§. 119. *Materia* in qva,seu *subjectum*,sunt non tantùm irregeniti, sed etiam renati, non qvidem qvà tales,sed qvà è statu gratiæ prolabuntur, Ps. LI,12.13.

§.120. *Forma* est ἀνομία, seudeflexio à lege; ex certa scientia, certoqve animi proposito & consilio profecta.

§. 121. *Effectus proximus* ac *immediatus* est fidei & gratiæ inhabitantis amissio totalis, Psal. LI, 12. 13. 14. Rom. IIX, 12. 13. *remotus* & *mediatus* est æterna condemnatio, nisi pœnitentia seria, subseqvatur, 1. Corinth. VI, 9. 10. Gal. V, 21. Apoc. XXII, 15.

§. 122. Consideratur porrò peccatum voluntarium, vel in *ordine ad judicium intellectus practici*, vel in *ordine ad propositum voluntatis*.

§. 123. Priori respectu peccatum voluntarium aliud est contra conscientiam rectam, aliud contra conscientiam erroneam, aliud contra conscientiam probabilem, aliud contra conscientiam dubiam.

§. 124. Peccatum contra conscientiam rectam est, *qvando qvis aliqvid agit vel omittit, qvod tùm in se, tùm ex ipsiusmet peccantis judicio cum jure divino aut humano, certò & indubitatò consentit vel pugnat*.

§. 125. Peccatum contra conscientiam erroneam est, *qvâ qvis aliqvid agit vel omittit, qvod agendum vel omittendum non erat, ipse tamen agendum vel omittendum esse per errorem vincibilem firmiter statuit*.

§. 126. Est verò *error* hic vel de re *per se mala*, vel de re *indifferenti*. Si objectum per se malum sit, peccat, tùm qvi contra conscientiam vincibiliter

Judicium intellectus dividitur 1) in Theoreticum 2) in theo-
oretice practicum 3) in practice practicum.

1) quando judico aliquid l. esse bonum l. malum
2) judicatur aliquid agendum l. ~~esse~~ vmittendum
3) ~~ali~~ cum judicatur aliquid in singulari sub his
circumstantiis ~~ad~~ agendum l. vmittendum

e. g. Josephus voluptate ad

liter errantem agit, tùm qvi juxta eam agit. Si indifferens fuerit, non peccat, qvi secundùm conscientiam agit, Rom. XIV, 6. peccat, qvi contra eam agit, Rom. XIV, 13.14.

§.127. Peccatum contra conscientiam probabilem est, *qvando qvis aliqvid agit, vel omittit, qvod judicium intellectus practici, hîc & nunc agendum, vel omittendum esse, ob rationes sive probabiliores, sive tutiores statuerat.*

§.128. Peccatum contra conscientiam dubiam est, *qvando qvis aliqvid agit, vel omittit, de qvo ipse, an agendum id, an minus, dubitat.* Et talis graviter omninò peccat: nihil enim faciendum, vel omittendum, hæsitante conscientiâ, Rom. XIV, 23. 1. Cor. IIX, 7.

§. 129. *In ordine ad propositum voluntatis* spectatum, peccatum voluntarium aliud ex mera malitia & voluntate planè libera; aliud ex voluntate vi metuve & circumstantibus periculis inclinata est, ut abnegatio Petrina. Matth. XXVI, 70.72.74. Marc. XIV, 68 70.71. Luc. XXII, 57.58.60. Joh. XIIX, 25.27.

DE PECCATO INVOLUNTARIO.

§.130. *Involuntarium* dicitur hîc peccatum, non qvod in voluntate non sit, & à voluntate non proficiscatur; sed qvod non fiat à sciente & volente.

§.131. *Causa* peccati involuntarii est corrupta hominis voluntas, in agendo ἀπροαιρέτως deficiens.

§. 132. *Materia* in qva, seu *subjectum* tùm irregeniti, tùm regeniti sunt : at hi qvidem non qvà tales, sed qvà corrupti, Rom. VII, 17. 20.

§. 133. *Forma* est ἀνομία , in qvantum ea non ex certa scientia, certoqve animi proposito proficiscitur.

§. 134. *Effectus per se* est meritum æternæ condemnationis; Rom. VII, 10 11. 13. 14, 24. *Ex accidenti* verò est, qvod credentibus non imputatur, nempe per & propter Christi meritum fide apprehensum. Rom. IIX, 1.

§. 135. Est porrò peccatum involuntarium aliud *ignorantiæ*, aliud *infirmitatis*.

§. 136. Peccatum *ignorantiæ* est, qvod ex caligine mentis, per Spiritus Sancti illuminationem nondum penitus sublata, regenitis invitis obrepit, Lev. IV, 2. Num. XV, 27. Ps. XIX, 13. Act. III, 17. 1. Tim. I, 13.

§. 137. Ut verò peccatum ejusmodi involuntarium sit, reqviritur ignorantia (1) non-vincibilis, qvæ includit ignorantiam ex malo affectu, ex malo habitu, crassam & supinam, ut & affectatam : sed invincibilis, qvando ea ignoramus, qvæ diligentiâ debitâ, ad acqvirendam talem notitiam, adhibitâ, scire non poteramus. Reqviritur (2) ignorantia invincibilis, non qvæ in se saltem talis ; sed qvæ tùm in se, tum in causa sua, ex qva oritur, invincibilis sit, & pœnitentiam insuper habeat comitem. Inde (3) non qvi ignorans, sed qvi per i-

gno-

Ignorantia invincibilis et qdm absolute talis in iis
quae Lex divina ab oibus hoibus requirit non datur, siqui-
dem et p lumen raiois et p lumen revelationis
agenda et omittenda ita hoi cuilibet sunt incul-
cata, ut, si sibi ipsi non obstet, eo ignorare nequeat.
Hinc ignorantia tntm datur talis, quae certo modo
et intuitu aut quorundam hominum aut circum-
stantiarum invincibilis est, et haec vel in se vel
in sua caa, vel utroq modo, talis est.
ignorantia prior est, quando quis talia ignorat
quae pro status sui raioe nec scire potuit nec
debuit, e.g. Rusticus ignorat, ~~[illegible]~~ quomodo Asci-
nianis deitatem Asti negantibus sit obveniendu, quod
solus eruditus scire incumbit.
Talis a ignorantia hic non in Censu venit, sed igno-
rantia invincibilis in sua caa, ubi hoo in culpa
est, ut nesciat, quae nescire non debuit, a talis igno-
rantia est peccatu, et pt existere peccati causa,
ipse hoo autem in peccato ignorantia tali versans
non evadit excusatus, siquidem ipse est caa igno-
rantiae in illo habitantis.
distinguitur haec ignorantia in efficacem, et con-
comitantem.

Ich weiß nicht was ich thue, denn ich thue, das
ich weiler sondern das ich hasse, das thue ich

Venialia peccata dicunt ex Evangelio, siquidem Evang.
quaedam peccata propter Xsti meritum fide adprehensum
ei patim remitti docet, quando committunt, ita ut mortem
ait: alter non inferant. Hinc extrinsece s. per accidens ie
propter respectum aliquem personae peccanti extrinsecum
hempe merit: Xsti fidem adprehens.

gnorantiam, si scilicet ea invincibilis sit, & cum pœnitentiâ conjuncta, peccat, involuntarium peccatum committit. Per ignorantiam autem qvis agit, qvando ipsa ignorantia princeps causa est totius actionis. At ignorans peccat, ubi non ignorantia, sed aliud qvippiam princeps & primum agendi principium est, e. gr. ebrietas, ira nimia &c.

§. 138. Peccatum *infirmitatis est*, qvod sine certo peccandi proposito regenitis obrepit; ut sunt motus animi vitiosi, illis invitis oborti; & illegalia qvæcunqve, ex incogitantia vel præcipitantia, & citra propositum sive dicta, sive facta, Gen. IX, 21. XVI, 5. XIIX, 12. Num. XX, 11. 12. Act. XV, 39 Rom. VII, 15. seqq. Gal. II, 12. 13. 14. VI. 1.

DE PECCATO VENIALI.

§. 139. *Veniale* hîc dicitur, non qvod naturâ tale est & veniam meretur; qvomodo nullum peccatum veniale est: neqve qvod veniam tandem consequitur; qvomodo etiam mortalia peccata, seriò pœnitentibus venialia tandem fiunt: Sed qvod qvamprimum commissum est, & eô ipsô momento, qvô perpetratur, veniam indivulsio nexu conjunctam habet.

§. 140 Non coincidit prorsus peccatum *veniale* cum *involuntario*. Omne qvidem peccatum veniale est etiam involuntarium; sed non vice versâ: Datur enim peccatum involuntarium, qvod non est

est veniale, ut in irregenitis, in qvibus omnia peccata mortalia sunt.

§. 141. *Causa efficiens* peccati venialis est corrupta hominis voluntas, ex ignorantia vel infirmitate deficiens. Sola ergò peccata ignorantiæ & infirmitatis in renatis venialia sunt.

§. 142. *Materia* in qva, seu *subjectum*, sunt soli renati, qvatenus carni per Spiritum repugnant.

§. 143. *Forma* est illegalitas immunis, non à merito condemnationis, sed ab actuali mortis spiritualis inflictione, ita ut reatus peccato adhærens subjecto non imputetur, sed remittatur, qvàm primùm peccatum committitur, indeqve nec fides, nec gratia inhabitans excutiatur, Ps. XXXII, 1. 2. 6. Rom. IIX, 1.

§. 144. *Causa* indemnitatis hujus, non est qvalitas peccati, qvod de se damnabile; sed (1) gratiosa promissio, Es. XLII, 3. 4. Matth XII, 19. 20. (2) defectum in renatis, per Christi meritum & satisfactionem compensatio, Psal. XXXII, 1. 2. 6. (3) fides Christi innixa merito. Rom. IIX, 1. (4) Spiritus vincens & dominium carnis prohibens, Gal. V, 24. (5) Pœnitentia qvotidiana, Ps. XXXII, 6.

§. 145. Non ergò ipsum peccatum, sed persona venialiter peccans, sine reatu est, utpote persistens in amicitia cum DEO, ob rationes modò allegatas.

DE

DE PECCATO MORTALI.

§.146. *Mortale* hîc dicitur, non qvod mortem meretur; sic namqve etiam venialia peccata lethalia sunt; neqve qvod irremissibile est, & veniam consequi neqvit: cujusmodi solum peccatum in Spiritum Sanctum est; sed qvod mortem spiritualem infert eô ipsô momentô, qvô committitur.

§. 147. *Causa efficiens* peccati mortalis in subjecto renato est, prava ejusdem voluntas, in peccatum consentiens.

§.148. *Materia* in qva, seu *subjectum*, sunt non tantùm irregeniti, qvi qvomodocunqve peccent, semper mortaliter peccant: sed etiam *renati*, in qvantum à carne se vinci patiuntur, Ps.LI,12.13.

§.149. *Forma* est ἀνομία, mortem spiritualem eô ipsô momentô, qvô perpetratur, actu inferens.

§. 150. *Effectus* ergò peccati hujus sunt totalis fidei & gratiæ inhabitantis excussio, &, nisi pœnitentia seria subseqvatur, mors altera, Rom. IIX, 13. 1.Cor.VI,9. Gal.V,19. 20. 21. Apoc.XXI,27. XXII,15.

DE PECCATO IN SPIRITUM SANCTUM.

§.151. Excellit inter peccata mortalia *peccatum in Spiritum Sanctum.*

§. 152. Sumitur autem terminus *Spiritus* hîc non ἁπλῶς; qvomodo tota SS. Trinitas Spiritus infinitus est: Sed ὑποστατικῶς, pro tertia Deitatis persona, in officio suo spectata, qvatenus scili-

qvatenus scilicet ea, per præconium doctrinæ Evangelicæ, homines illuminare intendit, & de DEI voluntate ac verbi annunciati veritate testificatur. Qvæ operationes hic considerandæ non *absolutè*; qvomodo indivisim omnibus tribus Deitatis personis competunt: sed *relatè*, servatô ordine agendi personali, qvatenus nempe Deus Pater & Filius per Spiritum Sanctum, opus illuminationis & conversionis nostræ perficiunt.

§.153. Dicitur aliàs peccatum hoc blasphemia Spiritus. Matth. XII, 31. Marc. III, 29. βλασφημια, Heb. VI, 6 Peccatum ad mortem, 1. Joh. V, 16.

§.154. Dari peccatum tale probatur ex Matth. XII, 31. 32. Marc. III, 28. 29. Luc. XII, 10. Heb. VI, 4. 5. 6. X, 26. 29.

§.155. *Causa efficiens*, seu *subjectum* committens hoc peccatum sunt homines adulti, iiqve ante à illuminati & de veritatis Evangelicæ certitudine in sua conscientia convicti, Heb. VI, 4. X, 26.

§.156. *Materia* circa qvam *remotè* ac mediatè Spiritus Sanctus est: *proximè* atqve immediatè doctrina Evangelii, Heb. VI, 5. X, 26. 29. sive ea ex toto impugnetur, sive ex parte, Matth. XII, 31. XXIII, 2. 3.

§.157. *Lex* objectum peccati hujus non est, sive spectetur ratione morum, cum Lege pugnantium, ob qvos nemo peccator in Spiritum Sanctum dicendus: sive ratione ipsius doctrinæ, ceu patet ex inductione locorum, qvotqvot de hoc

Primus peccati in Sp: S: character est: evidens veritatis coelestis perceptio, et animi convictio sive tandem hoc apte quis profiteatur, s: dissimulet, et istam convictionem quolibet modo supprimat.
alterum criterium est, si quis evidentissima Criteria, quibus verbi divini autoritas, et Xstianae Religionis veritas innotescit blasphemare audet, aut si quis doctrinae Evangelicae veritatem sacris litteris comprehensam blasphemia, et perpetuo odio prosequitur, non minus comittit R. in Sp. S. quam apud Pharisaeos, per blasph: miraculorum a Xsto per Spiritum Editorum, siquidem Spiritus S. est veracitas efficiens scientiae et per consequ: veritatum doctrinae Evangelicae.
Totius character est, constans ac inimica pro rejectione mediorum salutis, qualia intuitu Pharisaeorum erant miracula Xsti.
Obj. tale peccatum in Sp. S. hodie non amplius potest committi, quia miracula a Xsto non amplius erunt.
R. Ea in Canone Novi Testamenti litteris consignatae argumenta, non minorem vim habent demonstrandi veritatem doctrinae a Xsto et Apostolis propositae quam tempore pharisaeorum miracula, quapropter si quis de iis est persuasus et prorsus convictus, et tamen in pio ac proterivo modo ea rejicit, non potest non minus peccatum exinde resultare, quam tempore Pharisaeorum per rejectionem miraculorum.

hoc peccato agunt: Specificant enim hæc, tum subjectum, qvod scilicet illud sint homines, unicum mundi Salvatorem, qvem solum Evangelium nobis describit & offert, malitiosè repudiantes, persequentes & blasphemantes; Matth. XII. 24. 31. Marc. III. 22. 29. 30. tùm objectum, qvod istud sit bonum Dei verbum, qvô mediante virtutes venturi seculi deguſtantur, Heb. VI, 5. item qvod sit veritas agnita, qvatenus ea pro objecto habet Filium sangvine testamentariô nos sanctificantem, à Spiritu gratiæ mediante verbô oblatum, Hebr. X, 26. 29. Qvæ neutiqvam legi, sed soli Evangelio competunt.

§. 158. *Forma* consistit in doctrinæ Evangelii, evidenter ac sufficienter agnitæ & approbatæ, ex plenè libera & non impedita voluntate factâ abnegatione, Hebr. VI, 4. X, 26, 29. ejusdemqve hostili oppugnatione, Matth. XII, 31. 32. & voluntaria blasphematione, Hebr. X, 26. 29.

§. 159. Atqve hæc peccati hujus reqvisita essentialia semper conjunctim, nunqvam separatim accipienda sunt; illudqve demum peccatum in Spiritum Sanctum dicendum, de qvo omnia illa conjunctim verificari possunt.

§. 160. *Finis* peccati hujus alius *respectu Diaboli* impellentis; alius *respectu hominis* peccantis est.

§. 161. Respectu *Diaboli* est tùm calcanei τραυματισμὸς admorsio, Gen. III, 15. tùm *hominis* ab æterna salute abductio, 1. Pet. V, 9. Respectu *hominis* peccantis, propriæ libidinis expletio.

§. 162.

§. 162. *Adjuncta* hujus peccati sunt (1) impœnitentia finalis, Heb. VI, 4. 5. 6. (2) irremissibilitas absoluta, Matth. XII, 31. Marc. III, 28. Luc. XII, 10. (3) exclusio à precibus, 1. Joh. V, 16.

§. 163 *Impœnitentia finalis*, qvanqvam non sit de formali ratione peccati hujus ; siqvidem duratio rem intrinsecè non constituit, Pharisæi insuper ante finem vitæ suæ, rei hujus blasphemiæ à Christo pronunciati fuerunt, Matth. XII, 24. 31. Marc. III, 22. 29. 30. est tamen accidens ejus inseparabile ; Unde haut facilè qvisqvam ante obitum peccati hujus reus statuendus.

§. 164. *Irremissibile* dicitur hoc peccatum, non ob defectum causæ agentis primæ, qvæ DEI gratia; neqve ob defectum causæ salutis meritoriæ, qvæ Christi satisfactio : neqve ob defectum causæ organicæ ex parte Dei, qvæ verbum & Sacramenta; neqve ob defectum potestatis causæ ministerialis, cui clavium regni cœlorum administratio commissa : sed partim ratione formæ & qvidditatis suæ, qvia scilicet est malitiosa omnium mediorum salutis rejectio ; Heb. X, 26. 29. partim ob impœnitentiam finalem, cum qva indivulso nexu conjuncta est, Heb. VI, 4.

§. 165. Atqve inde etiam *prohibemur orare* pro peccatore in Spiritum Sanctum, 1. Joh. V, 16. si scilicet nobis de ejus peccato certò & indubiè constet : imò si vel dubii & incerti adhuc simus, non tamen pro tali absolutè, & inconditionatè, ut

scili-

Ez: XXXIII 12 Pet: III 9
1 Joh: 1 7. II 2. Er ist der Versöhnung etc:

Rom: 1 16 das Evang. von Xsto ist eine Kraft
Gottes etc:
Math: XVIII 18 was ihr auf erdlöset etc Joh XX 23

vetur, qvalitercunqve etiam se habeat, sed conditionaliter, si scilicet nondum peccaverit peccatum in Spiritum Sanctum, & corrigibilis ac sanabilis adhuc sit, orandum est.

DE PECCATO IN FILIUM HOMINIS.

§. 166. *Peccatum* huic oppositum est id, qvod *in Filium Hominis* committi dicitur.

§. 167. Nomen *Filii Hominis* hîc notat concretum personæ compositæ, à natura humana denominatæ, adeoqve totum θεάνθρωπον, non qvidem immediatè, sed mediatè, qvatenus nempe voluntatem Dei Evangelicam è sinu Patris sui nobis protulit, eandemqve hodienum per ministros suos annunciari curat.

§. 168. Dari tale peccatum in Filium hominis, constat ex Matth. XII, 32. Luc. XII, 10.

§. 169. *Causa efficiens*, seu *objectum* committens sunt homines adulti, notitiam veritatis Evangelicæ adepti.

§. 170. *Materia circa qvam*, seu *objectum*, remotè ac mediatè θεάνθρωπος; proximè atqve immediatè doctrina Evangelii est.

§. 171. *Forma* consistit in veritatis Evangelicæ sive abnegatione tantùm, sive abnegatione cum oppugnatione & blasphemiâ conjuncta; eaqve non ex plena scientia & planè libera voluntate, sed vel ex ignorantia, vel voluntate, vi metuve & circumstantibus periculis inclinatâ, profecta.

§. 172. Qvare bifariam peccatum in Filium Hominis committi potest; vel *scienter* qvidem, non tamen plenè liberâ, sed extrinsecus ligatâ voluntate, Christum θεάνθρωπον ejusqve doctrinam abnegando, cujusmodi erat lapsus Petrinus, Matth. XXVI, 20. seqq. Marc. XIV, 68. seqq. Luc. XXII, 57. seqq. Joh. XIIX, 17. seqq. vel *non scienter*, sed ignoranter, Christum ejusqve doctrinam hostiliter oppugnando & blasphemando, qvomodo paulus peccavit. 1. Tim. I, 13.

§. 173. *Adjunctum* ejus *remissibilitas* est, Matth. XII, 32. Luc. XII, 10. non qvod naturâ suâ remissionem mereatur, sed qvod remitti possit propter absentiam συνδρομῆς indistractæ reqvisitorum peccati in Spiritum Sanctum essentialium.

DE INDURATIONE.

§. 174. Supremus peccatorum mortalium gradus *induratio* est.

§. 175. Accipitur ea in scriptura dupliciter (1) pro actu voluntatis Dei punitivæ, Ex. IV, 21. VII, 3. IX, 12. X, 20. XI, 10. XIV, 4. Deut. II, 30. Joh. XII, 40. (2) pro actu voluntatis humanæ incorrigibiliter malæ. Exod. IIX, 19. 32. IX, 7. 1. Sam. VI, 6. Posterior significatus hujus loci est.

§. 176. *Causa efficiens* hujus indurationis voluntas hominis insanabiliter mala, nullo verò modo Deus est, Psal. V, 5. Ps. XLV, 8.

§. 177. Qvando Scriptura DEO indurationem tribuit, est ea nihil aliud, qvàm actus judiciarius

Obj. quomodo consistere potest gratia Dei universalis? Rx Utrahit peccatori praeaeritico gratiam sanctificantem et a. praevenientem, illam Utrahit propter antegressam malitiam, id quod exemplo filii deperditi declarari potest.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0212
DFG

rius voluntatis Divinæ consequentis, quo ob antegressam voluntariam & evitabilem malitiam, Deus hominem habitualiter malum justè permittit ruere in scelera graviora, eidemq; gratiam suam subtrahit, & deniq; Satanæ potestati eum tradit, à quo in majora subinde peccata propellitur, donec excidat finaliter jure hæreditatis cœlestis.

§. 178. *Subjectum* indurationis πρώτως illi sunt, quibus voluntas in verbo Dei revelata fuit, sive beneficiô regenerationis exciderint, sive eô nunquam affecti fuerint, Joh. XII, 40. δευτέρως verò ii, quibus non innotuit voluntas Dei verbo revelata: qui, dum quicquid in se superest luminis naturalis, suffocant, indurationem committunt, Rom. I, 20. 24. 28.

§. 179. *Objectum*, seu *materia circa, quam* Evangelium juxtà (Joh. XII, 37. 38. 39 40.) ac Lex est; & hæc quidem moralis scripta, ratione eorum, qui in Ecclesia sunt; Lex naturæ verò ratione infidelium, Rom. II, 12. 14. 15. 17.

§ 180. *Forma* consistit in inobedientia insanabili, cum violenta resistentia & Dei oppugnatione conjuncta.

§. 181. *Effectus* indurationis sunt tùm varia, eaque gravissima scelera, tùm æterna condemnatio.

DE VIRIBUS NATURALIBUS post lapsum in homine residuis.

§. 182. Dictum in antecedentibus fuit, quantum bonum in imagine DEI amiserit homo lapsus,

& qvantum malum in locum amissi succesſerit. Reſtat nunc, ut, qvantillum boni in nobiliori hominis parte remanſerit, paucis videamus.

§. 183. Sunt illud *vires naturales* in homine, poſt lapſum reſiduæ. Rom: I. 19. 20 Rom: II. 14. 15

§. 384. Harum *Principium* Natura eſt, prout ea poſt lapſum ſeſe habet.

§. 185. *Subjectum* ſunt facultates animæ naturales, è qvibus diſpoſitiones, habitus & operationes emanant.

§. 186. *Objectum* in genere verum naturale, reſpectu intellectus; & bonum naturale reſpectu voluntatis eſt.

§. 187. In ſpecie objectum *intellectus* ſunt, κοιναὶ ἔννοιαι, omniaqve per naturam cognoſcibilia, inprimis τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ, Rom. I, 18. ſeqq. Act. XVII. 27. Objectum verò *voluntatis* ſunt pudor de turpiter geſtis, & amor honeſtatis externæ naturalis, omniaqve per naturam agibilia & factibilia, atqve imprimis τὰ τοῦ νόμου, Rom. II, 14. 15.

§. 188. *Forma* eſt habilitas facultatum animæ naturalis, ad apprehendendum verum naturale, & perficiendum bonum naturale. Sumitur autem τὸ naturale hîc laxiùs, in qvantum adæqvatè opponitur τῷ ſpirituali, qvod ex gratia eſt.

§. 189. *Finis* ex intentione Dei eſt ejus inqviſitio, Act. XVII, 27. per accidens, ob naturæ depravationem, ἀναπολόγητος, Rom. I, 20.

§. 190.

Horū locorū primus agit de intellectu
secundus de voluntate

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0215
DFG



Quando superiori alicui nec sum tiecto nec obligatus

§.190. Vocantur aliàs vires hæ post lapsum in homine residuæ *Liberum arbitrium.*

DE LIBERO ARBITRIO.

§.191. Terminus *Liberi arbitrii* non eqvidem Αὐτεξούσιον habetur in Scriptura, invenitur tamen ibidem qvoad rem & qvoad terminos æqvipollentes, Devt. XXX.19. Joh. XXIV, 15. 1.Corinth. VII,37. Epist. ad Philem. verl. 14. Heb. X,26. 1.Pet. V,11.

§.192. Accipitur *ambiguè* tùm qvoad voces, ex quibus componitur, separatim spectatas: tùm qvoad easdem conjunctim sumtas.

§.193. Voces componentes divisim sumtæ duæ sunt: *Arbitrium* & *libertas.*

§.194. *Arbitrium* etiam apud probatos Latinos Auctores qvandoqve pro actu intellectus accipitur; & tùm significat sententiam, judicium, interdum verò facultatem voluntatis activam notat. Qvæ acceptio hujus loci est.

§.195. *Libertatis* vocabulum etiam πολύσημον est. Datur namqve libertas à coactione; libertas à necessitate internâ; libertas ab obligatione; libertas à dominio peccati; libertas à miseria.

§.196. Libertas *à coactione* est exemptio à violentia exteriori; qvomodo voluntas dicitur non posse cogi, intellige qvoad *actus elicitos*; qvanqvam cogi possit qvoad *actus imperatos*; qvæ tamen coactio volentis potius qvàm voluntatis est. Æqvipollet hæc libertas *spontaneitati*, & volun-

tati naturalis atqve essentialis est, ut proinde homini in qvocunqve statu posito, competat. Vocatur aliàs *libertas interior*.

§. 197. Libertas *à necessitate interna*, est indifferentia ad velle & nolle, agere & non agere. Dicitur aliàs libertas *à necessitate immutabilitatis*.

§. 198. Subdistinguitur hæc in Libertatem *contrarietatis* & libertatem *contradictionis*.

§. 199. Libertas *contrarietatis* est, qvæ versatur inter duos vel plures specie diversos actus (nam terminus *contrariorum* hîc latius intelligendus) ita ut voluntas vel hoc vel illud indifferenter possit velle; v. g. bonum vel malum in communi; vel in particulari hoc vel illud bonum aut malum. Dicitur etiam libertas *specificationis* seu qvoad *speciem actûs*, qvia non determinatur ad certam speciem actûs vel objecti.

§. 200. Libertas *contradictionis* est, qvæ circa unum idem qve objectum sibi propositum versatur inter terminos contradictorios, velle, non-velle, agere, non-agere. Dicitur etiam libertas *exercitii*, qvia postqvam voluntas jam ad unam speciem actûs vel objecti, bonum scilicet vel malum in communi, vel in particulari hoc vel illud bonum aut malum determinata est, liberè tamen se habet in exercitio, ut unum illud idemqve objectum, ad qvod determinata est, possit velle & non velle, agere & non agere.

§. 201. Libertas *ab obligatione* est immunitas à norma

norma atqve regula agendi externa. Dicitur aliàs libertas *à jure*, & soli DEO competit.

§.202. Libertas *à dominio peccati* est exemtio à servitute mali inhærentis, & tantùm regenitis tribuenda venit. Vocatur etiam *Libertas gratiæ*, Rom. VI, 18.

§.203. Libertas à *miseria* est immunitas à peccati radice ac sensu, nec non omnibus animæ & corporis miseriis. Appellatur aliàs *Libertas gloriæ*, Rom. VII, 24. IIX, 21.

§.204. Termino *libertatis* opponuntur termini *Necessitatis & Servitutis*.

§.205. Necessitas (1) alia *physica* seu *absoluta*, alia *hypothetica* est.

§.206. Necessitas *physica* est determinatio agentis naturalis ad unum semper eôdem modô agendum.

§.207. Necessitas *hypothetica* est, qvæ qvidem non pendet à causa necessaria; propter conditionem tamen annexam rem necessariò facit existere.

§.208. (2) Alia est *consequentis*, alia *consequentiæ*, qvæ distinctio cum priori coincidit.

§.209. Necessitas *consequentis* consistit in necessaria causæ & effectus cohæsione, qvando nimirum res seqvitur ex causa antecedente necessaria, sic, ut oppositum sit impossibile.

§.210. Necessitas *consevqentiæ* est, qvando antecedente seu conditione posita, necessario seqvitur consequens ceu conditioni inclusum.

§.211. (3) Alia est necessitas *coactionis;* alia *immutabilitatis,* alia *obligationis.*

§.212. Necessitas *coactionis* est determinatio naturæ rationalis ad unum, præter vel contra ejus voluntatem, facta à violento principio externo.

§.213. Necessitas *immutabilitatis* est, qvæ citra interventum violenti extrinseci, ab interno principio, immutabiliter ad effectum se habente, proficiscitur.

§.214. Estqve vel *contrarietatis*, seu *qvoad speciem actus;* vel *contradictionis,* sive *qvoad exercitium actus.*

§.215. *Contrarietatis* necessitas est determinatio potentiæ ad unam aliqvam speciem actus, ita ut non possit elicere actum speciei contrariæ, qvomodo v.g. voluntas ita est determinata ad bonum in communi, ut non feratur in malum, qvà malum. Necessitati huic opponitur *libertas contrarietatis.*

§.216. Necessitas *contradictionis* est determinatio potentiæ ad eliciendum unum actum in individuo, ut non possit ab illo cessare, vel illum cohibere, qvomodo visus præsente objecto non potest non illud videre. Necessitati huic opponitur *libertas contradictionis.*

§.217. Necessitas *obligationis* est determinatio directiva voluntatis, ad bonum amplectendum & malum fugiendum, ad normam mandati superioris.

§.218. *Servitus* vel in bonam vel in malam partem accipitur.

§.219.

§. 219. *In bonam*, qvando jus & debitum piè vivendi notat, Rom. VI, 18.

§. 220. *In malam* partem accepta, notat vel servitutem ex peccato originali, Rom. VII, 14. vel servitutem ex peccato actuali voluntario, 1. Reg. XXI, 25. Joh. IIX, 34.

§. 221. Tantum de vocibus *seorsim* sumtis. Sequitur terminus *complexè* spectatus.

§. 222. Atqve sic Liberum Arbitrium diversimodè accipitur. (1) pro ipsa voluntate. (2) pro capacitate, seu ἰκανότητι passivâ, qvæ est mera non-repugnantia Logica, juxta qvam homo conversionis non est prorsus incapax, sicut truncus, bestia, aut diaboli. (3) pro libertate à coactione. (4) pro libertate à necessitate circa res ethicas, politicas, & œconomicas (5) pro facultate seu potentia producendi sui conversionem aliasqve spirituales actiones.

§. 223. Qvando Patres nonnunqvam, Liberum Arbitrium in homine remansisse, ajunt, intelligunt terminum, non in qvinta & ultima significatione; sed in qvatuor prioribus.

§. 214. Satis de terminis dictum, deveniendum nunc ad rem ipsam.

§. 225. *Subjectum* libertatis arbitrii in genere est natura intelligens.

§. 226. In specie, qvantum ad hominem attinet, subjectum est vel QVOD, vel QVO.

§. 227. Subjectum QVOD est totus homo,

§. 228. Subjectum QVO vel *mediatum*, vel *immediatum* est.

§. 229. *Mediatum* est anima rationalis; *immediatum* formaliter voluntas; antecedenter & παρασκευαστικῶς intellectus.

§. 230. Materia *circa qvam* seu *objectum*, in genere sunt agibilia, voluntati ab intellectu præsentata ac proposita.

§. 231. *Forma* non consistit in libertate interiori, seu spontaneitate, utpote qvæ etiam brutis competit: sed in indifferentia voluntatis, tum ea, qvæ est *qvoad significationem*, tum altera, qvæ *qvoad exercitium actus* dicitur; uti ex infrà dicendis plenius constabit.

§. 232. Est ergò liberum Arbitrium definitivè nihil aliud, qvàm *facultas activa voluntatis, qvâ illa circa objectum agibile, positis omnibus ad agendum reqvisitis, indifferenter se habet, tùm qvoad speciem, tùm qvoad exercitium actûs.*

§. 233. Ratione *subjectorum* distingvitur Liberum Arbitrium, qvod vel DEI, vel Angelorum bonorum, vel diabolorum, vel hominum sit.

§. 234. Nostræ considerationis nunc est Liberum Arbitrium, qvantum id in homine datur.

§. 235. Habet se id diversimodè; aliter nempe *ante lapsum*; aliter *post lapsum*.

§. 236. *Ante lapsum* præter libertatem à coactione, à servitute peccati & à miseria, erat in voluntate hominis libertas à necessitate immutabili-

bilitatis, ita ut voluntas hominis non tantùm ad agere & non-agere, velle & non-velle, sed etiam ad bonum & malum indifferenter se habuerit: nondum namqve ad malum determinata erat, ut hodiè post lapsum; neqve ad bonum determinata erat, ut voluntas Beatorum in vita æterna. Sed hæc libertatis consideratio ad Locum de Imagine Dei propriè pertinet.

§. 237. *Post lapsum* voluntas hominis consideratur, vel qvoad *statum corruptionis*, vel qvoad *statum reparationis*.

§. 238. In *statu corruptionis*, est in voluntate hominis libertas non tantùm contradictionis seu exercitii, qvæ est inter velle, non-velle, agere, non-agere; sed etiam libertas contrarietatis seu specificationis, non qvidem ea, *qvæ inter bonum & malum spirituale versatur;* hæc enim per lapsum amissa, ita ut voluntas, qvà corrupta tantùm ad malum spirituale determinata sit: sed ea, qvæ est inter *hoc & illud malum spirituale in particulari;* item inter bonum & malum naturale tùm in communi, tum in particulari, hoc vel illud liberè eligendum vel non eligendum.

§. 239. Duo enim objectorum, circa qvæ voluntas hominis in statu corruptionis occupata est, hæmisphæria sese offerunt; unum *inferius*, alterum *superius*.

§. 240. *Inferius* complectitur (1) *res sacras & divinas*, in qvantũ ea naturâ cognoscibiles & agibiles sunt, item res sacras *externas* sive *actiones pædagogi-*

gogicas, qvæ ex natura sunt, ut Physica accommodatio aurium ad audiendum verbum; itio physica ex domo in templum &c. (2) *naturales* (terminô strictè sumtô) ut edere, bibere, ambûlare &c. (3) *civiles*, ut sustinere officium Magistratus &c. (4) *Oeconomicas*, ut domui benè præesse, probè educare liberos &c. (5) *artificiales*.

§. 241. Esse circa talia objecta aliqvam in nonrenatis libertatem voluntatis, partim per se patet; partim qvoqve ex Scriptura Sacra constat. Conf. Rom. I, 19. 20. II, 14. 15. X, 3. Phil. III, 6. qvanqvam libertas hæc, ob varia impedimenta valdè debilis ac imbecillis sit.

§. 242. Hemisphærium *superius* ambitu suo comprehendit res *merè spirituales*, seu sacras internas; ut sunt, Deum juxta mensuram revelationis scriptæ, decenter cognoscere, de peccatis admissis dolere, verbo Evangelii assentiri, in Christum credere, secundùm spiritum vivere. Et circa hæc vires liberi arbitrii in irregenitis nullæ sunt; imò voluntas tùm tantùm ad malum spirituale determinata est, Eph. V, 8. Rom. IIX, 7. 1. Cor. II, 14. Joh. IIX, 34. Rom. VI, 20. Eph. II, 1. Col. II, 13.

§. 243. Ad hoc hemisphærium etiam referimus τὸ ire in templum informationis ex verbo prædicato capiendæ causa, legere & audire verbum DEI animô proficiendi; desiderio informationis ex verbo teneri: qvæ omnia opera sunt præveni-entis atq; incipientis gratiæ. Huc etiam pertinet exter-

externa & historica cognitio sensus veri propositionum Biblicarum, mysteria fidei tradentium, 1.Cor.II,14. Eph. IV,18. V,8.

§.244. Reparatio amissæ per lapsum integritatis est vel *inchoata* per conversionem, vel *consummata* per glorificationem.

§.245. In statu reparationis *inchoatæ* datur in conversis circa objectum supernaturale seu merè spirituale libertas à necessitate immutabilitatis, adeò ut voluntas non sit *amplius determinata ad malum sicut ante conversionem*, sed possit liberè eligere bonum spirituale, per vires supernaturales in conversione divinitus acceptas; & liberè eligere malum spirituale, per carnis reliqvias sibi inhærentes.

§.246. Datur insuper in conversis seu regenitis libertas à reatu, Rom.IIX,1. nec non à dominio peccati, Rom.VI,18. nondũ tamen invenitur in iis libertas à miseria & sensu peccati, Rom.VII,14.sq.

§.247 In statu reparationis *consummatæ* plena dabitur arbitrii humani libertas: Libertas scilicet à coactione, à radice, sensu & dominio peccati: qvin & libertas à necessitate interna, seu immutabilitatis, tùm qvoad speciem, tùm qvoad exercitium actus.

§.248. Qvanqvam enim in beatorum voluntate, utpote tantùm ad bonum determinatâ, indifferentia ad bonum & malum esse haut poterit, dabitur tamen in ea indifferentia ad bonum hoc vel illud *in particulari* liberè eligendum vel

vel non eligendum. Qvomodo etiam Deus, licet ob infinitam suam perfectionem non possit malè agere, tamen qvando extra se agit, ad plura bona particularia indifferenter se habet, ut hoc vel illud velle vel non velle possit. Sed hæc ad Locum de Deo & vita æterna propriè pertinent. Hujus loci erat consideratio Liberi arbitrii humani, qvantum id in statu corruptionis spectatur.

PARS TERTIA.
DE
PRINCIPIIS AC MEDIIS SALUTIS.

§. 1. Actum hucusqve fuit tùm de *fine* Theologiæ, tùm de *subjecto*, in qvod ille introducendus est, homine scilicet peccatore; residuum nunc est, ut etiam de *principiis*, à qvibus dependet salus æterna, & *mediis*, per qvæ ad eam homo lapsus perducendus est, agamus.

DE
SALUTIS NOSTRÆ PRINCIPIIS, & nominatim de benignissima Patris erga genus humanum voluntate.

§. 2. Principia salutis nostræ sunt actus gratiæ divinæ, circa salutis nostræ procurationem occupatæ.

§. 3. Suntqve tria potissimùm: Benignissima Patris erga homines lapsos voluntas: Fraterna Jesu Christi redemtio: & gratia Spiritus Sancti applicatrix.

§. 4.

§. 4. Benigniſſima illa Patris erga lapſos voluntas eſt vel *univerſalis*, vel *ſpecialis*.

DE BENEVOLENTIA DEI UNIVERSALI.

§. 5. Benevolentia Dei *univerſalis* hîc non eſt *affectus primæ commiſerationis* erga lapſum genus humanum, qvô ſalutem amiſſam eidem recuperari vult, ſi juſtitiæ ſuæ fiat ſatis: Sed actus efficaciſſimæ dilectionis, in univerſum genus humanum per mediorum ſalutis ordinationem ſe diffundens.

§ 6. Dicitur aliàs *voluntas antecedens*, qvæ non eſt deſiderium aliqvod *inefficax*, aut effectus *ſimplicis complacentiæ*, qvâ qvis rem, qvæ ſibi placet, & qvam in ſe amat, non cupiat efficere aut conſeqvi, adeoqve nec mediis ad hunc finem ducentibus uti velit: ſed voluntas *efficax*, qvâ Deus ſalutem hominum ardentiſſimè deſideratam, etiam efficere ac per media ſufficientia conſeqvi, ſeriò intendit. Differt hæc voluntas antecedens à conſeqvente: in illa ſpectatur ſalus ſub ratione mediorum, qvatenus hæc ex parte Dei æqve omnibus hominibus ordinata ſunt: in hac ſpectatur eadem ſalus, ſub ratione mediorum, in qvantum ea ab hominibus vel ſine obſtaculo admittuntur, vel obice objecto, non acceptantur.

§. 7. Benevolentiæ hujus univerſalis notandum Subjectum, Objectum, Fundamentum, Actus formalis, Modus, Finis.

§. 8. *Subjectum* ſalutis noſtræ tantopere cupidum

dum, in loco classico Joh. III, 16. Deus Pater statuitur, non tamen excluso Filio & Spiritu Sancto: qvorum trium unus erga nos amor est; servatô tamen ordine & charactere personarum.

§. 9. *Objectum* sunt omnes in universum homines peccatores, ne unô qvidem exceptô, Joh. III, 16. 1. Tim. II, 4. Rom. XI, 32.

§. 10. *Fundamentum* est interventio Filii Dei, ad satisfactionem pro nostris peccatis præstandam, in SS. Trinitatis consilio se offerentis. 2. Tim. I, 9.

§. 11. *Actus formalis* est destinatio sufficientium ac efficacium salutis mediorum, pro reparando universo genere humano lapso, Joh. III, 16.

§. 12. *Modus* in eo consistit, qvod dilectio hæc est (1) intensissima, Joh. III, 16. (2) seria, nec simulata Num. XXIII, 19. Ezech. XIX, 23. 32. XXXIII, 11. (3) non absoluta, sed ordinata: fundatur enim in Christo, & determinatur ad finem ac media, qvibus illa accenditur, Joh. III, 16.

§. 13. *Finis* ex parte Dei est inexhaustæ ipsius bonitatis & sapientiæ demonstratio: ex parte hominis, ejusdem æterna salus.

§. 14. Est itaqve benignissima hæc Dei voluntas *primum salutis humanæ principium, qvô erga omnes in universum homines, in peccatum & damnationis reatum prolapsos intensissimè afficitur, ita ut non tantùm omnium omnino salutem seriò expetat ac velit, sed & omnibus ad finem hunc obtinendum sufficientia atq; efficacia media ordinet ac constituat,*

in

at, in bonitatis ſuæ inexhauſtæ laudem & hominum æternam ſalutem.

DE BENEVOLENTIA DEI SPECIALI ET PRÆDESTINATIONE FINALITER CREDENTIUM AD VITAM ÆTERNAM.

§. 15. Ex admiſſa benevolentia univerſali, in mediorum ſalutis ordinatione ſe exerente, oritur benevolentia ſpecialis, in prædeſtinatione ad vitam conſpicua, Eph. I, 4. 6.

§. 16. Prædeſtinatio à *præ* & *deſtino* deducitur; eſt enim æterna qvædam & antecedens omne tempus deſtinatio, Eph. I, 4.

§. 17. Accipitur vox hæc (1) vel *impropriè* & nimis παχυλῶς: qvomodo deſtinationem & ad vitam & ad mortem ambitu ſuo complectitur: qvæ acceptio, Patribus qvibusdam uſitata, qvia ſcripturæ non conformis eſt, merito ab nobis repudiatur: Vel *propriè* & ἀκριβῶς, qvomodo phraſi Scripturæ tantùm ordinationem ad vitam notat.

§. 18. In bonam partem accepta vox hæc ſumitur ab orthodoxis, vel *latè*, prout complectitur omnia, qvæ ad redemtionem, vocationem, juſtificationem & ſalutem pertinent; qvomodo accipit Form. Conc. *artic. 11. ſolid. declarat. pag. 802.* Vel *ſtrictius*, prout ſignificat ordinationem

fidelium ad ſalutem, cum προθέσει & προγνώσει complicatam ; qvomodo intelligendi ſunt Noſtrates, qvi fidem electionem ingredi dicunt: Vel *ſtrictiſſimè* pro nudo προορισμῷ, προθέσει & προγνώσει contradiſtincto : qvo ſenſu electio fidem non includit, ſed præſupponit, utpote facta intuitu fidei, ceu ordine prioris. Poſterior acceptio potior eſt.

§. 19. Synonymon ejus *Electio*, qvæ vox ſeparationem includit. Devt. VII, 6. 1. Reg. IIX. 16 Joh. XV, 19. & dilectionem præſupponit, Devt. IV, 37. VII, 6. 7. 8.

§. 20. Appellatur etiam inſcriptio in librum, Dan. XII, 1. in librum, qvem DEUS ſcripſit, Ex. XXXII, 32. in librum vitæ, Phil. IV, 3. Apoc. III, 5. XVII, 8. XX, 15. XXII, 19. in librum vitæ agni Apoc. XIII, 8. XXI, 27. inſcriptio in cœlis. Luc. X, 20. Heb. XII, 23. item θέσις εἰς περιποίησιν σωτηρίας 1. Theſſ. V, 9.

§. 21. Cauſa electionis *efficiens*, vel *agens*, vel *movens* eſt.

§. 22. *Agens* eſt Dei Unitrini voluntas liberè decernens.

§. 23. *Movens* alia *interna*, alia *externa*.

§. 24. *Interna* eſt gratia Dei merè gratuita, excludens omne omninò operum humanorum meritum, Rom. XI, 5. 6. Eph. I, 6. II, 8. 9.

§. 25. *Externa* meritum Chriſti ratione prævisæ applicationis finalis ſpectatum, Epheſ. I, 4. 5.

§. 26.

dd. g. 22. libere decernens.

Quod si voluntas Dei unitrini libere agere dr. tene sequentia sit &c: quod Deus solus ponnulo ex pro libitu praedestinet sine ullo respectu, ja quod de de dicit non pot. probat. determinata ista decretum sporit rationem determinatam, quod si Deus hominem alium pro libitu eligit, alium reprobat, rogo an determinatum motivum ad aeterno habuerit huius electionis, illum reprobandi nec ne. si non habuit, determinate ad vel decretum est sine determinata ratione, quod dicta assertum: si habuit, tunc ratio illa determinata qua habuit, est evidenter fundata in quadam rerum convenientia ab intellectu orta et representata, eademq; immutabile et necessaria

Ihesus Jesus Maria

Nun als bist mein sueßig Bock Gotes mitig sei. Als sist Gotes Sun, sun mir nimmer sent Jum Bock abnemmet sein, und mich Bock Bock nu, Jum nicht mehr nu sein.

Wenn ich Bock Jum abnemmet, so sünden ich immer Bock Bock ein, denn wenn ich Bock nicht Bock Bock sein, so dent nu nicht Bock Bock Jum Bock, Bock um sonst nicht Bock Jum Bock.

Nun Bock gib essen nicht Bock, immer nicht Bock Bock Jum Bock Bock. Bock Bock Bock Bock Bock Bock Bock Bock

obj: quod electio non pot. esse ab aeterno electionis praedestinatio nihil aliud est quam electio naturalis est ab aeterno: manens praedestinatus ob infallibilem, de praescientiam, quam naturalis ille ingenitae finalis, qui non electus non ita esse habet ipsum quia nobis est electus erat reprobatus de pot: Deus VII. secundum hic erit conceptus de electione

Also gnädig muß Jesu Jesu, nicht sein sein sein sein.

Ich red gnaden, so ist mir nicht gnädig sein, sein sein sein, sein sein sein sein

§. 26. Principium *dirigens* seu *normans*, juxta qvod fit electio, est vel *primum* & mediatum, vel *proximum* & immediatum.

§. 27. Principium normans *primum* est προθεσις, qvæ hîc non accipitur pro proposito commiserationis primæ ; neqve pro proposito misericordiæ universalis, qvæ ad voluntatem DEI antecedentẽ pertinet, imò ipsissima voluntas Dei antecedens est : sed strictissimè ac specialissimè de proposito salvandi eos, qvi in fide in Jesum Christum usqve ad finem vitæ perseveraturi sunt, Joh. III, 16, qvod ipsum non nisi voluntatis consequentis actus est.

§. 28. Atqve hoc propositum *principium* electionis *dirigens* seu normans esse, toties testatur Scriptura, qvoties προορισμὸν, ejusdemqve executionem κατὰ πρόθεσιν fieri asseverat. Eph. I, 11. Rom. IIX, 28. 2. Tim. I, 9. *Primum* verò & mediatum esse constat ; qvia electio non immediatè, sed interventu prævisionis individuorum finaliter crediturorum juxta eam fit, uti mox dicetur.

§. 29. Principium normans *proximum* & immediatum est prævisio futuræ fidei finalis in certis individuis, 1. Pet. I 2. 2. Thess. II, 13.

§. 30. Fit ergò electio hôc modô ac ordine. Ponit qvasi πρόθεσις *Majorem*, inqve ea speciem electorum constituit ac sistit.

Qvi finaliter credituri sunt in Christum mundi Redemtorem, electi sunto ad vitam præ illis, qvi non sunt credituri finaliter.

Subsumit μέγνωσις & speciem finaliter credentium ad individua applicat hoc modo:

Atqvi Petrus, Paulus, Johannes, & alii qvidam finaliter credituri sunt in Christum mundi Redemtorem.

Atqve sic ex individuali hâc subsumtione seqvitur demum conclusio, ipsa scilicet electio:

Ergò Petrus, Paulus, Johannes & cæteri, electi sunto ad vitam præ illis, qvi non sunt credituri finaliter.

§. 31. *Subjectum* prædestinationis homines sunt, non qvà simpliciter homines, nec qvà creandi, nec qvà integri; sed qvà lapsi in prænotione Divina, adeoqve Redemtoris indigi: neqve tamen simpliciter qvà tales; sed qvà virtute Spiritus Sancti, per verbi ministerium efficaci, perseveranter & usqve ad finem vitæ in Christum credituri, Eph. I, 4. 5. Jac. II, 5. Apoc. II, 10.

§. 32. *Finis* prædestinationis alius *intermedius* & respectu nostri; alius *ultimus* seu summus, & ex parte DEI prædestinantis est.

§. 33. *Intermedius* est hominis perseveranter credituri salus, spectata hîc, non prout adhuc est in potestate causarum; sed ut certò præscita, & juxta illam præscientiam ab æternò præparata hæreditas, Matth. XXV, 34. Act. XIII, 48.

§. 34.

Nervosius exercitur absolutissimus Salicino Reformato-
rum scripti modo: Nullius decreti ſ. de prestando
aliquo bono ſ. de promittendo aliquo malo. Datur deter-
minata ratio, nisi ex obiectis petatur, quorum compa-
ratio majorem unius pro caeteris conveniendam, eam
rationem determinatam illud praferendi; haec est
sententia Scotici, quam illustrat simili quadam,
in quo urgent rationes ab obiecto dependentes:
Fingit ille vir erudissimus, Cuidam Principi alie-
num aut asserti tyrannos sub Manu gerendi pro necessi-
tate rei: bellum, exercitumq; mittendi in has aut
illas oras. Facit porro alligem tyrannum tales suas
dare oras, quae similes sorent illis, in quibus Hannibalis
marcescebat virtus, ubi nemo militum fugiendo, aliis
criminibus belli gravis supplicium mereretur, quod ipse
ipsum in cumulibilitate publica non optime consuluisset.
Cogitat porro asserri in alios tyrannos nisi: magis salutares
ut sic: mittatur exercitus in oras hostis proximas, cum
quibus certandum soret, quo facto rebellis aliquot oc-
casionem essent sumturi a fugiendi, et culpam
contrahendi supplicium. Quod si hoc expensis
debitis circumstantiis hunc tyrannum eligeret, quia est accom-
modatior et comodo publico promovendo accommodatus, in
omnes rationes eligendi determinata sorent per combina-
tus ad sores, ob suam majoris convenientiae rationem
in singulis tyrannis partes sua conditione concurrissent pro
eligendum totum. Si quaeres, cur jam hic miles peccatum
dat capitis, an non respondebitur sorte. quia hunc ele-
gat, et quoniam Rex tyrannum decernendo totum ele-
gam et hoc decrevit. Sin vero instares, cur tum Rex in
his circumstantiis convocabit, in quibus peccaturum pre-
sagiebat, sorte an respectu ejus peccati, sed arcendi in-
cientate bene potuit voluit. An non excipere ratio iudicii
primo respondebitur, miles in his circumstantiis nec-
sario non peccavit, poterat et non fugere et forsitan pu-
gnare. Secundo urgenti: cur ergo in his circumstantiis
positus fugit? Accurretur, quoniam cum tyrannobellan-
optimo conjunctus hic eventus erat, fugiendi
ob salutem precabam militis post talem regis monen-
interim l. Adeo diss. 17 de fest. temp.
derato, quam singulis ejus partibus intentionem eligen-
principis a conditione l. objecto totius l. partium de pro-
menda.

Aeternitas

§. 34. *Ultimus* seu summus est laus gloriosæ gratiæ DEI, Eph. I, 6.

§. 35. Fluens è dictis prædestinationis Definitio hæc est: *Prædestinatio est actio liberrimæ voluntatis DEI Unitrini, qvâ is ante mundi jacta fundamenta ex gratia merè gratuita, in Christo, juxta propositum & præscientiam suam, homines virtute Spiritus Sancti, per verbi ministerium efficaci, in Christum finaliter credituros, ad vitam æternam ordinavit, in laudem gloriosæ gratiæ suæ.*

§. 36. *Attributa* prædestinationis alia sunt, qvæ eidem *in abstracto* spectatæ; alia qvæ eidem *in concreto* consideratæ competunt.

§. 37. *Attributa* prædestinationis *abstractè* sumtæ sunt (I.) Æternitas, Matth. XXV, 34. Eph. I, 4. 2. Timoth. I, 9. 2. Thess. II, 13. (II.) Particularitas Matth. XX, 16. (III.) immutabilitas 2. Tim. II, 19.

§. 38. *Attributa* prædestinationis *concretè* spectatæ, seu qvod idem est, *electorum*, sunt (I.) Paucitas. Matth. XX, 16. eaqve non vaga, & indefinita, sed qvoad qvantitatem numericam determinata ac definita, Luc. X, 20. Joh. X, 14. XIII, 18. 2. Tim. II, 19. (II.) Possibilitas excutiendi ad tempus totaliter gratiam inhabitantem, Ps. LI, 13. 1. Cor. X, 12. (III.) Certitudo electionis, Luc. X, 20. 2. Tim. IV, 8. ex parte hominis non absoluta, sed ordinata. Phil. II, 12. (IV.) Persistentia in fide finalis, Matth. X, 22. Apoc. II, 10.

DE REPROBATIONE.

§. 39. Prædestinationi opponitur *Reprobatio*, qvæ vox ἄγραφος est.

§. 40. Græcè dicitur ἀποδοκιμασία, qvi terminus totidem syllabis & literis in Græco Testamento non habetur ; qvoad sensum tamen in Scripturis passim extat.

§. 41. Vocatur aliàs in Ep. Judæ, v. 3. πρόγραφη εἰς τὸ κρῖμα, *præscriptio*, seu *scriptio ante*, hoc est, ab æterno facta, *in judicium*, seu catalogum damnandorum: item ὄρισις εἰς ὀργήν. 1. Thess. V, 9.

§. 42. *Causa efficiens* reprobationis alia *efficiens agens*, alia *movens* est.

§. 43. *Agens efficiens* est voluntas DEI unitrini liberè decernens.

§. 44. *Movens* alia *interna*, alia *externa* est.

§. 45. *Interna* est justitia DEI punitiva seu vindicativa.

§. 46. *Externa* est meriti Christi repudium finale.

§. 47. *Principium normans primum & mediatum* est decretum voluntatis Dei consequentis, seu judiciariæ damnandi eos, qvi in fide, Christi merito innixâ, usqve ad finem vitæ non sunt perseveraturi, Marc. XVI, 16. Joh. III. 18. 36.

§. 48. *Principium normans proximum & immediatum* est πρόγνωσις, seu prævisio futuræ impœnitentiæ finalis in certis individuis.

§. 49.

§ 49

Ratio determinata objecti damnati erit in ipsa ejus-
tem conditione determinata. Est E determinata decre-
torum ratio nec in justitia, nec in bonitate et sapientia
nisi petatur ab objecto. Sed forsan est in sanctitate quod
ex post inquisitionem expalescet, an fit nec ne.
Sanctitas Dei est virtus, qua oes perfectiones possidet, eas de-
solas i.e. non conjunctas cum contrario, i.e. imperfecti-
one. Sancta igitur voluntas quae non nisi bonum volunt
et malum aversatur. Sanctus intellectus, qui nulli uni-
quam errori sed v. semp assentitur. Quod si E. ratio deter-
minata Quare Petrus servetur, nec alius quivis
reprobus, in sancta Dei voluntate est, tum ea fertur
in salutem Petri, quia est bona nec mala.

Ex 1mo attributo reprobationis, quod est: Aeternitas, Calvi-
niani ita ratiocinari occasionem petunt:
Decreta Dei sunt aeterna ac immutabilia, hinc patet:
Deum istiusmodi hoies prius addixisse aeternae poenae
qm creavit, quia ab aeterno illos praevidit finaliter sine
poenitentia morituros, creare autem infallibiliter
peccaturos, et creare quos damnet, unum est ac idem
hanc E. locutionem: Deus creavit aliquos, quos
in aeternum damnet, sequenti syllog: proponant
ac defendere annituntur:
Si Deus hoies aliquos creat, quos in incredulitate fi-
nali decessuros ab aeterno praevidet, sequitur quod Deus
illos creet ut damnet. Atq. E.
Probatio consq: majoris petunt ex antea dictis
etc etc:

§. 49. *Subjectum* reprobationis sunt homines qvidam, suâ culpâ,& voluntariâ ac evitabili malitiâ ad interitum aptati, Rom. IX,22.

§. 50. *Finis* est laus glorioſæ justitiæ DEI, Rom. IX,17.22.

§. 51. Definitio hæc est: *Reprobatio est actio liberrimæ voluntatis DEI Unitrini, qvâ is ante jacta mundi fundamenta, ex justo judicio vindicativo, ob præviſum meriti Christi repudium finale, qvosdam suâ culpâ ad interitum aptatos in æternum damnare constituit, in laudem glorioſæ justitiæ ſuæ.*

§. 52. *Attributa* reprobationis alia sunt, qvæ eidem *in abstracto* spectatæ; alia, qvæ eidem *in concreto* consideratæ competunt.

§. 53. *Attributa* reprobationis *abstractè* sumtæ sunt (I) Æternitas. Matth. XXV,41. Ep. Jud. v. 4. (II.) Immutabilitas, Num. XXIII,19. 1. Sam. XV,29. Mal. III,6.

§. 54. *Attributa* Reprobationis *concretè* acceptæ, seu qvod idem est, reproborum, sunt (I.) Pluralitas, Matth. VII,13. (II.) Possibilitas essendi ad tempus in statu verè renatorum, Heb. VI,4.5.6. X,16. Luc. IIX,13. (III.) Perseverantia in infidelitate finali.

DE FRATERNA JESU CHRISTI REDEMTIONE.

§. 55. Fuit *principium salutis primum*, benignissima nempe DEI erga genus humanum lapsum

voluntas, eaqve tùm *universalis*, tùm *specialis*, in electione conspicua. Seqvitur *principium salutis alterum*, videlicet *Fraterna Jesu Christi Redemtio*, in cujus tractatione considerabimus I. *Redemtorem*, II. *Redemtionem*.

§. 56. Qvoad prius perpendenda *Redemtoris* I. *Nomina*, II. *Persona*. III. *Officium*. IV. *Status*.

DE NOMINIBUS REDEMTORIS.

§. 57. *Nomina* Redemtoris sunt: JESUS, Messias sive Christus, Immanuel, Goël, Admirabilis, Mediator, Adam secundus &c.

DE EJUSDEM PERSONA.

§. 58. *Persona* Christi consideratur, vel ut ἀσυμφυτος, qvalis ante incarnationem ab æterno fuit, qvô respectu parte I. Systematis nostri eam contemplati fuimus: vel ut ἔνσαρκος, qvalis esse cœpit in temporis plenitudine, per naturæ nostræ in infinitam suam hypostasin assumtionem.

DE DUABUS IN CHRISTO NATURIS.

§. 59. Persona ἔνσαρκος ex duabus constat naturis: *Divinâ*, qvam habet ab æterno, à Patre æterno per æternam, veram, propriamqve ac substantialem generationem; & *Humanâ*, in tempore ex sangvinibus Matris Virginis, per miraculosam & extraordinariam Spiritus Sancti ἐπιλοσιν productâ, atqve à λόγῳ in unitatem hypostaseos suæ assumtâ.

§. 60.

Cor. III. 15

[illegible]

hi termini desumti sunt ex Phil. 1. 14 ubi
Zotinchio inter personam Xsti ἀβαρκος et εν-
βαρκος repit. collat: Galat. IV. 4.

§.60. Duæ hæ naturæ considerantur vel *absolutè* & in se; vel *relatè* & in unione.

§.61. *Absolutè* & *in se* considerantur, si spectantur ratione τῦ εἶναι, & qvidem Divina, secundùm esse Divinum ; Humana, secundùm esse humanum.

DE NATURA DIVINA.

§.62. Natura *Divina* Christi est eadem numerô essentia Divina, qvam & Pater habet & Spiritus Sanctus, qvanqvam *dispari habendi modo*. Pater enim habet ἀγεννήτως, Filius γεννητῶς, Spiritus Sanctus ἐκπορευτῶς.

§.63. Esse verò Redemtorem nostrum DEUM, probatur (1) *ex nominibus*, iisqve tùm *essentialibus*, ut sunt nomina Jehova, Elohim, Adonai, Θεὸς, κύριος &c. tùm *personalibus*, ut sunt Filius Dei, λόγος, Sapientia Patris, imago Dei invisibilis &c. tùm *officialibus*; ut sunt Messias, Jesus &c.

§.64. (2) Ex *re ipsa*; & qvidem tùm ex attributis Divinis, tùm ex operibus Divinis, tùm ex cultu & honore soli Deo proprio. Conf. *supra Parte I. L. de Filio DEI.*

DE NATURA HUMANA.

§.65. Humanæ naturæ veritatem demonstrat ejusdem *qvidditas*, qvam ostendunt tùm *partes* illius; tùm propria ejusdem *attributa*.

§. 66. Partes sunt vel *totius compositi*, vel *partis*.

§.67. Partes totius *compositi*, ex qvibus illud in esse suo constituitur sunt anima rationalis, Matth. XXVI.38. Luc.XXIII,46. & corpus organicum. Matth.XXVI,12 Joh.II,21.Luc.XXII,41. Matth. XXI,18. &c.

§.68. Partes *partis*, seu corporis humani sunt, caro, sangvis, caput, oculi, brachia, pedes, &c.

§.69. *Proprietates* humanæ Naturæ Christi aliæ sunt, qvas cum *tota specie* humana *communes* habet : aliæ, qvæ ipsi *in individuo* competunt.

§.70. Qvæ ei cum *tota specie communes* sunt, (1) vel *toti* humanæ naturæ Christi tribuuntur; ut creatum & infinitum esse : vel uni *parti* propriæ sunt v. gr. intelligentem & volentem esse respectu animæ.

§.71.(2)Vel *necessario* vel *contingenter* essentiam Humanitatis Christi conseqvuntur.

§.72. *Illæ* eidem insunt *inseparabiliter* & semper : suntqve vel *corporis*; ut esse qvantum, longum, latum, profundum, habere partem extra partem, esse visibile, palpabile, locabile : vel *animæ*, ut incorpoream, invisibilem · item potentiâ intelligendi & volendi esse præditam.

§.73. *Hæ* Humanæ Naturæ Christi per modum accidentium *separabilium* insunt. Suntqve vel *actus* potentiarum qvarundam; vel *defectus*, sive infirmitates.

§. 74. *Actus* potentiarum ab Humanitate Christi separabiles sunt visio, palpatio, locatio.

§.75.

an et quomodo defectus et infirmitates in
Xsto sint probe notandum. Xstus nimirum
libere adsumsit has infirmitates, ana cum
humana natura, siquidem tales defectus huiusmodi
necessario inesse solent, d. sine vitio, ~~ie~~ quae nec
formaliter i. e. in formalis sua ratione vitiosi
sunt, nec m̄ eam ob causam, quia ex vitio l. peccato
orfam suum traxissent,
Quae v. imbecillitates ac defectus tantum in Xsto
fuerunt quoad tempus, nimirum tempore officii
mediatorii, cui postqm satisfactum e, in depositis
sunt hi enumerati defectus, cessante n. fine
cessat m̄ id quod ppter finem est.

§.75. *Defectus*, qvos Christus liberè, & qvantum officii Mediatorii ratio exigit, assumsit, ac nunc in statu gloriæ deposuit, sunt infirmitates *naturales*, qvæ certis hominibus, in statu naturali constitutis necessariò, & sine vitio, insunt.

§.76. Suntqve vel *corporis*; ut algere, æstuare, esurire, sitire, defatigari, dormire, &c. Vel *animæ*, ut ignorantia puræ negationis, & animi perturbationes naturales.

§.77. *Defectus* verò animæ *vitiosi*, ut ignorantia pravæ dispositionis, difficultas ad bonum faciendum, inclinatio contraria ad malum; item infirmitates *personales*, qvæ à causis particularibus procedunt, & vel à vitio δυσάυσως πλασικῆς ingenerante; ut phthisis, arthritis &c. vel à culpa particulari, ingurgitatione nimiâ, aut aliis excessibus; vel ex peculiari nemesi divina, ut morbi familiæ Joabi, 2.Sam.III,29. &c. ortum trahunt, è sanctissima Christi humanitate qvàm longissimè absunt.

§. 78. Proprietates *individuales* Humanæ Naturæ Christi in se consideratæ sunt (1) ἀναμαρτησία *inhæsiva*; Esa.LIII,8. Dan.IX,24. Luc.I,35. 2.Corinth.V,21. Heb.VII,26. 1.Pet,I,19. II,22. (2) ἀνυποστασία infinitâ ὑποστάσει compensata, 1.Tim.II,5. (3) singularis animæ & corporis excellentia ac ἐξοχή.

§79. Et *animæ* qvidem perfectio triplex est: intellectus, voluntatis, appetitûs:

§.80.

§.39. Pertinet huc *gratia habitualis*, qvæ continet ἀξιώματα sive qvalitates donorum, peculiarium qvidem, finitorum tamen, & qvæ naturæ humanæ habitualiter & subjectivè insunt, cujusmodi sunt tùm virtutes, qvas vocant *cardinales*, fortitudo, temperantia, justitia, tùm virtutes Theologicæ, fides, charitas, spes: tùm virtutes *intellectuales*, sapientia, scientia, prudentia, intelligentia.

§.81. Perfectio *corporis* itidem tria potissimùm complectitur (1) summam εὐκρασίαν (2) ἀθανασίαν, scilicet *ratione principii intrinsecè* & secundùm conditionem naturæ impeccabilis ei competentem, Rom.VI,23. qvanqvam mortale fuerit Christi corpus *ab extrinseco*, & secundùm voluntariam οἰκονομίαν, Joh.X,17.18. ita tamen, ut in liberè susceptâ morte incorruptibile fuerit, Ps. XVI,10. Act.II,31. XIII,35. (3) Summam formæ elegantiam ac venustatem, Ps.XLV,3. Cant.V,10.

DE UNIONE PERSONALI, & nominatim de ejus actu.

§.82. Hactenus de duabus Redemtoris naturis *in se & absolutè* consideratis: nunc dicendum porrò de iis aliqvid est, qvatenus *relatè* & in unione spectantur.

§.83. Unio consideratur vel *qvoad actum*, vel *qvoad statum*.

§.84. *Actus* est ipsa actualis & transiens duarum

rum naturarum, Divinæ & humanæ, ad unum ὑφιστάμενον, coalitio.

§. 85. Appellatur alias (1) *unitio*, qvi terminus non confundendus cum unione ſtrictè ſumta: nam (α) *unitio* eſt actus, qvô conjunguntur duæ diverſæ naturæ, Divina & humana: *Unio* eſt ſtatus naturarum in unione jam conjunctarum. (β) *Unitio* eſt cauſa, per qvam naturæ in ſe diviſæ, qvandam in unitate perſonæ nanciſcuntur indiviſionem. *Unio* verò eſt effectus proximus unitionis, & ipſa duarum naturarum perſonalis indiviſio. (γ) *Unitio* eſt tranſiens & momentanea: *Unio* permanens. (δ) *Unio* eſt reciproca: non æqvè *Unitio*. (ε) Aliæ ſunt propoſitiones ex *unitione* aliæ, ex *unione* fluentes, uti ex infrà dicendis inclareſcet.

§. 86. (2) *Incarnatio*, terminô heîc non *activè* ſumtô; qvomodo incarnatio eſt opus omnibus tribus perſonis Deitatis commune; ſed *paſſivè*, prout ſoli Filio DEI competit, utpote qvi ſolus incarnatus eſt.

§. 87. (3.) *Aſſumtio* humanitatis in perſonam λόγου. Qvi terminus prorſus coincidit cum unitione. Nam uti hæc & λόγῳ & Humanæ Naturæ tribuitur; illi activè ut unienti; huic paſſivè ut unitæ: ita etiam aſſumtio Humanitatis in λόγου, & λόγῳ competit & carni; illi *activè*, ut aſſumenti; huic *paſſivè*, ut aſſumtæ. At non coincidit ſimpliciter cum incarnatione: hæc enim non carni,

carni, sed soli λόγῳ, & qvidem *passivè*, tribuitur: at assumtio & carni, & λόγῳ, & illi qvidem *passivè* competit.

§. 88. Esse talem duarum naturarum in Christo unitionem factam, constat ex Joh. I, 14. Gal. IV, 4. 1. Tim. III, 16. Heb. II, 14. 16.

§. 89. Causa *efficiens* unionis est tota SS. Trinitas, *inchoativè* scilicet seu ratione initii, & effectionis ac productionis humanæ Naturæ: *Terminativè* solus λόγος est, qvi solus incarnatus est.

§. 90. *Extrema* & veluti materia unitionis sunt duo, qvorum unum *agentis* & perficientis; alterum *patientis* & perfectibilis rationem habet. Hoc Natura Humana est considerata de se, ut ἀνυπόστατος: illud persona λόγου simplex est; non tamen exclusâ naturâ Divinâ.

§. 91. *Forma* unitionis consistit (1) in totius naturæ cum integra humana natura in una subsistentia λόγου coalitione inconfusa, ita ut persona λόγου terminet in subsistendo humanitatem; hæc verò terminetur ac personetur, atqve ex ἀνυποστάτῳ fiat ἐνυπόστατος, Joh. I, 14.

§. 92. (2) In περιχωρήσει & immeatione activâ ea, qvâ natura Divina τοῦ λόγου perficiens intimè & circumcirca pervadit (ut sic dicam) humanam naturam, eiqve toti se totam, *totalitate scilicet & perfectione essentiæ*, communicat, Col. II, 9.

§. 93. *Effectus* unitionis sunt (1) ipse unionis status perpetuus ac immutabilis; de qvo postea;

(2) præ-

ἀλλωποιητικῶς, ut Deus, et numero alia idio-
mata divina, et illa in eo ipso habitantia communica
verit humanae naturae, quae tamen illis simillima. uti
ergo parentes naturam et essentiam non suam, sed aliam
numero suae tamen simillimam communicant soboli suae
Tale quid hic non dicendum. Deus enim est ens simplicissi-
mum, ut idiomata sua multiplicare nequeat

(2) prædicationes singulares (3) communicatio propriorum, de qva infra dicemus. Nunc de propositionibus personalibus ex unione fluentibus paucis aliqvid monendum erit.

§.94. Sunt autem propositiones personales *ex unitione*, in qvibus in concreto personæ simplicis τὸ λόγος actus unitionis ejusdem cum humana natura enunciatur. Ut, *Verbum caro factum est, Joh.I,14, DEUS manifestatus est in carne, 1.Tim.III, 16. Filius DEI particeps factus est carnis & sanguinis sicut pueri, Ebr.II,14. Filius DEI assumsit semen Abrahæ, ibid.v.16.*

§.95. Uti verò ab unione unitio differt: ita etiam prædicationes personales, qvæ sunt *ex unitione*, differunt à prædicationibus *ex unione* provenientibus. Nam ibi subjectum est persona Divina *simplex* sive ἀσύνθετον; prædicatum actus unitionis ejusdem cum Natura Humana, considerata ut de se ἀνυπόστατον. Hic (nempè in propositionibus ex unione) subjectum est concretum, modò Divinæ, modò Humanæ Naturæ ἐνυπόστατον; prædicatum itidem modò Divina, modò Humana Natura in persona συνθέτῳ seu *composita*.

DE UNIONIS STATU.

§.96. Actum unionis seqvitur *status*, qvi unio strictè sic dicta est.

§.97. Ejus considerandæ materia, forma, finis, effectus & consequentia.

§.98.

§. 98. *Materia* sunt extrema unionis, de qvibus infrà. §. 100. *et supra* §. 90

§. 99. *Forma* imprimis considerationem meretur. Hæc verò, qvum unio è classe relatorum sit, juxta indolem relationis docendi causâ optimè declarari potest.

§. 100. Notentur ergò (1) *extrema*, qvæ sunt duæ naturæ, inter qvas uti ante unionem, ita in ipsa unione essentiale discrimen manet.

§. 101. (2) *Fundamentum*, qvod vel *remotum*, vel *propinqvum* est.

§. 102. *Remotum* est habilitas & aptitudo naturarum ad unionem *hyperphysicam*, juxta qvam Humana *merè obedientialiter* se habet.

§. 103. *Proximum* est unitio seu actus, qvô duæ disparatæ naturæ uniuntur ad invicem, ut unum constituant ὑφιστάμενον.

§. 104. (3) *Unio* ipsa, qvæ dicit relationem duarum naturarum ad invicem, in unitate personæ λόγϕ.

§. 105. Duo itaqve unio *formaliter* involvit (α) unius ejusdemqve hypostaseos participationem, seu communionem, 1. Tim. II, 5. (β) Personalem intimamqve ac perpetuam naturarum ad invicem præsentiam, Col. II, 9.

§. 106. *Finis* unionis personalis est efficientia apotelesmatum officialium; de qvibus infrà agendum erit.

§. 107. *Consequentia* & *effectus* sunt tum *proposi-*

Propter identitatem hypostaseos reciprocatio
s: conversio a nobis adlegat, quapropter si
calv: Reformati excipiunt, nunquam concretum
personae humanae ~~[illegible]~~ nullibi scriptura praedicari
Divina natura, ita et cum tali distinctione Respon-
dendum est.

generatim loquendo abstractum denotat natu-
ram, concretum vero denotat naturam
existentem

positiones personales, qvatenus ex unione fluunt & propositionibus ex unitione resultantibus contradistinguuntur: tùm *communicatio propriorum*.

DE PROPOSITIONIBUS PERSONALIBUS EX UNIONE FLUENTIBUS.

§. 108. Propositiones personales *ex unione* sunt, in qvibus concretum unius naturæ de concreto alterius naturæ, modò prorsus singulari ac inusitato, enunciatur.

§. 109. Exempla propositionum harum sunt vel *Scripturæ*, vel *Ecclesiæ*.

§. 110. Scripturæ sunt hæc: *Germen Davidis est JEHOVA justitia nostra, Jer. XXIII, 5. XXXIII, 16. Filius Davidis est Dominus Davidis, Matth. XXII, 42. 43. 45. Psc. CX, 1. Filius Hominis est Filius DEI vivi, Matth. XVI, 13. 16. Verè hic Homo Filius Dei erat. Marc. XV, 39. Sanctum, qvod ex te nascetur, Filius Altissimi vocabitur, Luc. I, 35. Natus in Bethlehem est Dominus, Luc. II, 11. Secundus Homo est Dominus de cœlo, 1. Cor. XV, 47.*

§. 111. Exempla, qvæ *Ecclesiæ* esse diximus, illa sunt, qvæ eqvidem totidem syllabis ac literis in Scripturis sacris non extant, exemplis tamen Biblicis æqvipollent: ut *Deus est Homo: Homo est Deus*.

§. 112. In analysi propositionum harum duo considerationem merentur: *Termini* scilicet & *terminorum nexus*.

§. 113. Termini sunt *Subjectum* & *Prædicatum*. Utrumqve est *concretum Naturæ*, sive *Divinæ*, sive *Humanæ*.

§. 114. Qvid hîc *concretum*, qvid *abstractum* sit, porrò dicendum erit.

§. 115. Concretum est vel *personæ* vel *naturæ*.

§. 116. Concretum *personæ* est personæ vel *simplicis*, vel *compositæ*.

§. 117. Concretum personæ *simplicis* est, *qvod unam saltem naturam cum sua subsistentia exprimit*. Tale concretum est subjectum propositionum ex unitione personali fluentium.

§. 118. Concretum *personæ compositæ* est, *qvô utraq; natura, Divina & Humana, una cum sua subsistentia indicatur*, denominatione factâ vel à natura *utraq;* ut voce *Immanuel:* vel ab *alterutra*, ut vocibus *DEUS, Homo*, & similibus: Vel ab *officio*, ut nominbus, *JESUS Christus*.

§. 119. Concretum *Naturæ est, qvod notat ipsam naturam cum connotatione hypostaseos, in qvâ illa subsistit*.

§. 120. Est verò concretum Naturæ vel *Divinæ*, ut nomen *DEUS, DEI Filius, Jehovah, Dominus gloriæ* &c. vel *Humanæ;* ut nomina *Homo, Filius Hominis, Filius Mariæ, Germen Davidis, Semen mulieris &c.*

§. 121. Abstractum est vel *personæ*, vel *naturæ*.

§. 122. Abstractum *personæ* est, *qvod non exprimit utramqve naturam, ex qvibus persona constat, & coincidit cum concreto naturæ*.

§. 123. Abstractum *naturæ* est, *qvod naturam in se sine connotatione hypostaseos significat;* ut Deitas absolutè spectata, prout tribus personis commu-

nis

N. ad §. 130. Praedicatio essentialis et univoca est
quae subiecto inest, sive species, sive genus, sive
differentia specifica, iam humana natura

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0276
DFG

nis est; & humanitas in prædicationibus unitionis.

§. 124. In propositionibus, de qvibus heic agimus, locum habent, ut diximus, in utroqve extremo *concreta naturæ*, qvæ eqvidem à terminis concretivis totam personam σύνολον exprimentibus, non differunt *realiter & qvoad modum existendi*; differunt tamen *formaliter & qvoad modum significandi*: secus forent istiusmodi propositiones merè identicæ.

§. 125. Notat igitur concretum naturæ in propositionibus istis personalibus *formaliter* alterutram naturam, non qvidem *abstractive*, & cum oppositione ad alteram naturam, qvæ prædicati vel subjecti locô ponitur; sed *concretivè*, atqve in ἀφιχωρίστῳ illa ac intima circumincessione alterius naturæ consideratam, cum connotatione hypostaseos, ceu causæ unionis & prædicationis.

§. 126. Nexus terminorum in propositionibus hic *realis* ac *singularis* est.

§. 127. Non ergò prædicationes personales *merè verbales* sunt, sed *reales*, uti & ipsa unio est.

§. 128. Neqve *identicæ* sunt, qvia sicut unio non est inter ea, qvæ sunt idem, ita nec prædicatio ex illa fluens.

§. 129. Neqve tropicæ & figuratæ, sed *propriæ*: non qvidem proprietate physica, sed *grammatica* seu significationis, oppositâ tropis Rhetoricis.

§. 130. Neqve *essentiales & univocæ*, qvia prædi-

cata neqve ut ſpecies, neqve ut genus, neqve ut differentia ſpecifica, enunciantur.

§. 131. Neqve *paronymicæ*, qvoad paronymiam ſcilicet *materialem*; qvia prædicatum hîc non inest ſubjecto per accidens: qvanqvam non negari poſſit, dari heic paronymiam *formalem* ac *generalem* atqve à modo illo ſpeciali abſtractam.

§. 132. Sed *inuſitatæ* ac ſingulares ſunt, æqvè ac ipſa unio. Inuſitatæ inqvam, non in Theologia; ſed in circulo philoſophico & *Logicè*: non tamen reſpectu generalis & formalis modi Logici: aliàs enim de myſterio hoc nulla poſſet fieri vel prædicatio vel argumentatio juxta regulas formales Logicas: ſed reſpectu ſpecialium & materialium modorum Logicorum.

DE COMMUNICATIONE IDIOMATUM.

§. 133. Dictum hactenus eſt de primo unionis perſonalis conſeqventi, propoſitionibus nempe perſonalibus: Seqvitur nunc *communicatio idiomatum*.

§. 134. Communicatio in genere hîc non intelligitur *nudè verbalis*, ſed *realis*; eaqve non *phyſica*, ſed *hyperphyſica*; nec *commixtiva*, *transmutativa* aut *exæqvativa*; ſed περιχωρητική, ex unione perſonali proveniens, diſtinctis manentibus & naturis, & proprietatibus, qvæ communicantur.

§. 135. *Idiomata* hîc dicuntur cujuſcunq; naturæ attributa & proprietates, qvibus tanqvam notis

Secundæ personæ
~~Nota~~ non inest ut species, neq; ut genus, neq;
ut differentia specifica, E propositiones
ex unione personali fluentes non possunt
esse essentiales et univocæ.

ἰδιοπόιησις denot primum genus
μετάποίησις secundū genus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0280
DFG

tis & characteribus in personæ unitate duæ naturæ à se invicem distinguuntur.

§. 136. Sumitur autem vox ista *latiùs*, ita ut præter idiomata strictè sic dicta, ambitu suo etiam comprehendat actiones, passiones, ἐνεργήματα & ἀποτελέσματα, qvia idiomata per ἐνεργείας & ἀποτελέσματα sese exerunt.

§. 137. Genera communicationis idiomatum *tria* sunt: tot enim dantur classes generales, ad qvas dicta Scripturæ omnia, qvæ de communicatione idiomatum agunt, commodè revocari possunt.

§. 138. Tria hæc genera ordine tùm naturæ, tùm doctrinæ ita locari debent, ut primas teneat ἰδιοποίϊα; μεταποίησις secundas; κοινωνία ἀποτελεσμάτων tertias.

DE PRIMO GENERE.

§. 139. A Patribus vocatur hoc genus ἐναλλαγὴ καὶ κοινωνία ὀνομάτων, non *nudè verbalis*, sed *realis*: ἰδιοποίησις & ἰδιοποίϊα, ἀλλοίωσις καὶ ἀντίδοσις, non *exclusiva personæ*, sed *distinctiva & indicativa naturæ*, secundùm qvam proprium formaliter subjecto competit. Vocatur etiam περίωσις ἀνταδόσεως, οἰκείωσις, item συναμφοτερισμός.

§. 140. Ut autem eò accuratiùs primum hoc genus cognoscatur, proponemus I. Prædicationum hîc occurrentium evolutionem. II. Definitionem. III. Definiti species. IV. γνώρισμα.

§. 141. Qvoad prius notentur (1) Subjectum, (2) Prædicata, (3) Determinationes prædicati,

(4) Modus prædicandi. (5) Fundamentum prædicationum.

§. 142. *Subjectum* est tota persona ἕνυποστος sive σύνθετος, denominata modò ab utraqve natura, modò ab una saltem, eaqve vel divinâ vel humanâ.

§. 143. Sive autem Subjectum hîc concretum personæ, sive concretum naturæ fuerit, semper intelligenda persona θεάνθρωπος; salvo interim manente discrimine formali inter propositiones, ubi subjectum concretum personæ compositæ, & propositiones, ubi subjectum concretum naturæ est.

§. 144. *Prædicatum* est ἰδίωμα Naturæ, vel *Divinæ* vel *Humanæ*.

§. 145. *Divinæ Naturæ* proprietates huc spectantes sunt non tantùm attributa Divina *essentialia secundum modum habendi essentialiter considerata*, ut esse Creatorem cœli & terræ, esse omnipotentem, omniscium per essentiam &c. Sed etiam attributa *personalia*, qvalia sunt: genitum esse ab æterno, spirare ab æterno cum Patre Spiritum Sanctum.

§. 146. *Humanæ Naturæ idiomata* omnia huc pertinent, tùm qvæ ipsi *absolutè* & *in se* spectatæ competunt; ut animâ & corpore constare, ratiocinari, esse qvantum &c. tum qvæ de ea *respectivè* considerata prædicantur; & qvidem vel cum respectu ad statum *exinanitionis*, ut nasci, esse præditum humanis infirmitatibus, inculpabilibus, pati, mori, crucifigi, sepeliri &c. Vel cum respectu

ad

ad ſtatum *exaltationis*; ut deſcendere ad inferos, reſurgere ex mortuis, aſcendere in cœlos, ſedere ad dextram DEI Patris. Ubi tamen probè diſtingvendum eſt inter exaltationem, & ἀνχήματα exaltatione collata. Illa facit prædicationem primi generis; hæc verò ad prædicata ſecundi generis referenda ſunt.

§. 147. Determinationes prædicati ſunt particulæ *ſecundùm, qvâ, qvatenus, in qvantum, in reſpectu, ratione*, & ſimiles, qvas partim Doctores in myſterii hujus explicatione adhibent, partim Scriptura ipſa uſurpat. Conf. 1. Petr. III, 18. IV, 1. Rom. I, 3. IX, 5.

§. 148. Atqve hæ particulæ non ad ſubjectum ſed ad prædicatum, in qvo qvicqvid naturæ *per ſe* convenit, conſideratur, referri debent, ſuntqve non χωριστικὰ, *ſeparativæ ſubjecti*, ſed (1) *oſtenſivæ cauſæ*, propter qvam prædicatum ineſt ſubjecto. (2) *determinativæ naturæ*, cui proprium formaliter competit. (3) *diſtinctivæ ejusdem* ab altera natura, qvæ non formaliter, ſed ex unione & propter unionem de prædicato participat.

§. 149. Differt ergò propoſitio hæc: *Filius Dei ſecundùm ſolam Humanitatem*, vel *ſecundùm Humanitatem tantùm eſt paſſus*, ab iſta: *Sola Humana natura eſt paſſa*. Poſterior eſt heterodoxa, negatqve ac evertit perſonalem paſſionis ad concretum Divinæ naturæ appropriationem: Prior orthodoxa eſt; ſuntqve in ea voces, *tantùm*, item *ſecundùm*

solam humanitatem, non separativæ, sed determinativæ ac distinctivæ.

§. 150. *Modus prædicandi* generatim loqvendo, verus realissimusqve ac proprius est, *proprietate* scilicet *significationis*, ut excludatur ἀλλοίωσις.

§. 151. In specie verò modus hic prædicandi ita comparatus est, ut (1) tota persona ex duabus naturis constans, de attributo unius naturæ *hypostaticè* participet, sed tamen (2) cum vindicatione proprii ad eam naturam, cujus proprium est. Vide suprà §. 148. 149. & (3) qvandoqve cum appropriatione prædicati ad concretum ejus naturæ, cujus proprium non est. Act. XX, 28. 1. Joh. I, 1. Act. III, 15. 1. Cor. II, 8.

§. 152. *Fundamentum* & causa prædicationis hujus est tùm identitas personæ, ex qva est, qvod tota persona de attributo unius naturæ hypostaticè participat, tùm duarum naturarum & utriusqve idiomatum vera & realis differentia in unione etiam ipsa permanens; atqve inde est, qvod proprium unius naturæ, toti personæ, propter unionem hypostaticam tributum, vindicatur tandem ad eam naturam, cujus proprium est.

§. 153. Est ergò primum hoc communicationis genus, *qvando Propria modò Divinæ, modò Humanæ Naturæ, personæ λόγῳ duabus naturis constanti, & modò ab utraqve modò ab alterutra denominatæ, per & propter unionem personalem & personæ ταυτότητα, verè realiterq; & sine tropo tribuuntur, ita tamen, ut propria suis simul vendicentur naturis.*

§. 154.

e.g. Rom. 1. 3. Filius Dei factus est ex
semine davidis, Rom: 1. 3. Filius Dei in
mortem pro nobis traditus est; Rom. VIII. 32.
Filius Dei natus ex muliere; Gal. IV. 4
Domino gloriae e crucifixus; 1 Cor. II
in hisce enumeratis propositionibus
semper subjectum e concretum nihil
divinum, praedicatum v. idioma
humanum.

§. 154. *Species* ejus docendi causâ tres constituuntur: ἀντίδοσις specialiùs accepta, κοινωνία τῶν θείων & ἰδιοποίησις.

§. 155. Ἀντίδοσις specialiùs accepta est, *quâ tàm divina, quàm humana de Christo, ab utraque natura denominato, seu, quod idem est, de concreto personæ propriè dicuntur;* ut, Christus est ex patribus secundum carnem, Rom. IX, 5. JESUS Christus heri & hodiè, id est, ab æterno, Hebr. XIII, 8. Christus crucifixus est in infirmitate, 2. Cor. XIII, 4. Christus mortificatus est in carne, 1. Petr. III, 18. Christus passus est in carne, 2. Petr. IV, 1. &c.

§. 156. Κοινωνία τῶν θείων est, *quum de personâ λέγεται concretè ab humana natura denominatâ, divina prædicata propriè enunciantur ob unionem personalem.* Ut: Infans lactens est Creator & Conservator Universi. Natus in temporis plenitudine est anteqvam Abraham esset, Joh. IIX, 58. Filius Mariæ est genitus ab æterno &c.

§. 157. Ἰδιοποίησις est, *qvum humana de concreto naturæ Divinæ enunciantur.* Ut: Verbum vitæ, qvod est ab æterno, oculis corporis conspectum & manibus contrectatum est, 1. Joh. I, 1. DEUS sangvinem effudit, Act. XX, 28. Dominus gloriæ crucifixus est, 1. Cor. II, 8. Autor vitæ est interfectus, Act. III, 15. DEUS unctus est Spiritu Sancto, Psal. XLV, 8.

§. 158. Notandum probè, in propositionibus, paragrapho proximè præcedente adductis, sub-

jecti locô poni nomen concretivum naturæ Divinæ, qvod à concreto personæ differt, licet non realiter, tamen formaliter, ut suprà dictum. Qvanqvam enim in primo hoc communicationis genere communicatio facta sit toti personæ, nihilominus mediante personâ, qvæ ab ipsis naturis non est tertium qviddam, illa ipsa communicatio facta etiam est ἰδιοποιητικῶς inter duas naturas.

§. 159. Inde differunt omninò propositiones hæ: *Christus est passus. Et: DEUS λόγος est passus.* Ibi subjecti vices obit concretum personæ; hic concretum naturæ: Illa ad ἀντίδοσιν, hæc ad ἰδιοποίησιν referenda: Illa totius personæ passionem innuit, hæc insuper istius passionis hypostaticam appropriationem ad concretum Divinæ naturæ insinuat: Illam admittebat Nestorius; hanc impugnabat.

§. 160. Γνώρισμα seu character, qvô dignoscere hoc genus communicationis à reliqvis possumus, sumitur (1) *ex conditione subjecti*, qvod est persona ἐνυπόστατος, secundum alterutram sive Divinam, sive Humanam naturam spectata. (2) *ex conditione prædicati*, qvod hîc est attributum modò Divinæ, modò Humanæ Naturæ. (3) *ex modo attributionis*: prædicatur enim hîc proprium alterutrius naturæ de tota persona ἐνυπόστατος per & propter unionem personalem, sed cum vindicatione ad eam naturam, cui formaliter competit, & cum appropriatione ad eam naturam, cui non formaliter & ἀσυνδύως, sed καθ' ἕνωσιν competit.

DE

DE SECUNDO GENERE.

§. 161. Vocatur hoc genus à Veteribus βελτίωσις, θεοθήκη μεγάλη, μετάδοσις, ὑπερύψωσις ex Phil. II, 9. δόξασις ex Johan. XVII, 5. μετάληψις θείας; ἀξίας, μετοχὴ θείας δυνάμεως; μεταποίησις: à plerisqve appellatur *communicatio majestatis*; à qvibusdam *genus majestaticum*. Dicitur etiam *unctio* ex Pſ. XLV, 8. Act. X, 39. Dan. IX, 24. Eſa. XI, 2.

§. 162. *Cauſa efficiens* communicationis hujus eſt tota S. Sancta Trinitas ob eſſentiæ & virtutis activæ identitatem ſimpliciſſimam. Ubi tamen obſervandum, Patrem & Spiritum Sanctum concurrere ad hanc δωχημάτων divinorum largitionem (ſi ἀκριβολογεῖν velimus) *dando* non *communicandò*; qvia communicatio præſupponit unionem perſonalem: unitus autem humanæ naturæ eſt non Pater & Spiritus, ſed Filius.

§. 163. *Subjectum* QVOD eſt ipſa perſona λόγου ἐνσάρκου: actiones enim & paſſiones ſunt ſuppoſitorum.

§. 164. *Subjectum* QVO eſt natura, ad qvam facta eſt communicatio: Eſt verò illa non *Divina*, utpote cui ob ſummam immutabilitatem nihil addi poteſt; ſed *Humana* in λόγου ὑπόστασιν aſſumta, Joh. VI, 53. ſeqq. 1. Joh. I, 7. Matth. XXVI, 28. Act. XX, 28. Joh. V, 27. Phil. II, 9.

§. 165. *Materia* communicationis ſunt dona non *habitualia* & finita, ſed *verè divina* ac infinita,

qvæ

qvæ nullo modo vel gradu creaturæ ulli conveniunt, Col. II,9. Joh. III,34. Pſ. XLV,8.

§. 166. *Momentum* communicationis iſtius, *qvoad poſſeſſionem donorum iſtorum*, idem eſt, qvod unionis perſonalis.

§. 167. *Modus* in eo conſiſtit, qvod communicatio hæc facta eſt non *merè verbaliter & titulariter*; ſed *verè, propriè ac realiter*: nec καθ' ἀξίαν ſaltem, nec merè σχετικῶς, ſeu *ſecundùm habitudinem externam*; neqve ῥοπτικῶς & *ſecundùm extrinſecam aſſiſtentiam*; neqve συνεκδοχικῶς, qvalis communicatio eſt inter partem integrantem & totum integrale, inter partem eſſentialem, & totum eſſentiale: neqve μεθεκτικῶς, qvomodo genera & differentiæ communicantur ſpeciebus, ſpecies individuis; neqve *per modum operationis ad intra* & ſimpliciſſimæ emanationis; qvomodo in divinis perſona producens eſſentiam ſuam communicat perſonæ productæ: neqve *per modum gratioſæ & amiſſibilis inhabitationis*, ut in credentibus; neqve συγχυτικῶς ſeu *commixtivè*, qvalis communicatio eſt inter partes mixtibiles & totum mixti: nec *converſivè* ſeu *transmutativè*, nec *exæqvativè*; nec ἐκχυτικῶς & μετεκβατικῶς, *effuſivè & transfuſivè*, qvaſi naturæ divinæ proprietates transfundantur in Humanam, eiqve *per ſe formaliter & ſubjectivè* atq; à Divina eſſentia ſeparatæ competant: neqve ἀναπτυκτικῶς, ſeu *multiplicativè*, qvomodo Deus bonitatem ſuam creaturis, parentes

natu-

De his Cibus potest conferri Martini Chemnitii Tractatus de duabus in Xsto naturis.

i.e. honoris et externi tituli causa contra Socinianos

Xilicus, uti uxor de titulo mariti sui participat, et tamen nihil confert id cujus titulum gerit. Si Synecdoxikus est communicatio facta sequeretur idiomata divina esse partibilia, ita ut unum sine altero idioma communicari possit, quod v. falsum. uti communicatio inter part: Ent: et totum essentiae m non est communic: Id: quia divina idiomata non sunt pars humanitatis, nec humanitas est totum.

Modus simplicissimae emanationis est, ubi res communicata redit ad idem principium Entiale. e.g. Filius Dei qui idem deitatis persona generatur a Patre. per modum simplicissimae emanationis, quia ut eadem est Patris Entia est, quae filii, et hoc opus terminatur intra sinum ipsius summae Deitatis. Jam v. Majestas humanae Xsti naturae communicata non redit in Entiam secundae Deitatis personae qua talis, d. in humana eius natura terminatur, ideo non describitur per modum simpl. Emanat: nec operationis ad intra, terminatur n. ad extra sc. naturam hum: quae haberet erat extra Entiam et personalitatem filii Dei, hic etsi vere generetur a Patre, tu existere nunquam coepit, hum. v. nat. coepit existere et nunquam inexistere, ideo valde impar est ratio

modus porro in eo consistit, ut communicatio non facta sit exaequative, ut sc. divinae naturae aliquid demtu. ac humanae naturae ad positum fuerit, ut utraque natura cum invicem exaequetur, sic natura naturae non est exaequata, ergo nec idiomata idiomatibus exaequatio a. est cum uni rei potiori aliquid extrahitur, ut altera id aucta huic aequalis fiat. qualis exaequatio in Arithmetica et Astronom: occurrit

non Melekdoxikus s. transfusive indicatur n. per hoc, ut Derelictio divinae Entia idiomatum in humanam et migratio in humanam, ita ut post hanc Derelictionem divinae Entiae illa non amplius competat Deitati homini ad quem transfusa esset, m formaliter. per consequens divina idiomata post unionem in humana natura Entis separata ab Entia divina

in §pho antecedenti 267 modus communicationis descriptus est negative, sc: in quo non consistat, describitur nunc in §pho subsequenti 268 positive, sc: in quo tandem consistat. consistit namq in συνδυάσει s. arctissima combinatione. et copulatione duarum naturarum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0296
DFG

naturam ſuam liberis communicant. Quos modos omnes rejiciunt Eccleſiæ noſtræ unanimiter.

§. 168. Statuimus ergo, communicationem hanc fieri κ᾽ συνδύασιν, eamqve non *eſſentialem*, qvalis eſt inter animam & corpus; nec *accidentalem*, cujusmodi eſt inter ferrum & ignem: ſed *perſonalem*, ita ut Divinæ Naturæ proprietates naturæ humanæ, à divina qvidem eſſentialiter diſtinctæ, eidem tamen arctiſſimè & indiſſolubiliter unitæ, per & propter arctiſſimam hanc unionem ac ineffabilem περιχώρησιν, communicentur, ſine ulla ſui multiplicatione & transfuſione, *ad communem poſſeſſionem, & ſurpationem ac denominationem*, hancqve vel *mediatam*, qvantum ad attributa ἀνενεργήτα, vel *immediatam*, qvantum ad ἐνεργητικὰ attinet, ita tamen, ut tùm ratione poſſeſſionis, tùm ratione uſurpationis & denominationis, natura Divina λόγυ ſit & maneat ſubjectum *proprium, originale & formale*, utpote cui idiomata Divina πρώτως καθ᾽ αὐτὸ & ἀιδίως competunt: Humana verò ἀυχίματα illa habeat ac poſſideat, atqve ab iis denominetur δευτέρως, ἐμμέσως & κατ᾽ ἄλλο, nempe per & propter unionem perſonalem.

§. 169. *Fundamentum* communicationis hujus eſt communicatio hypoſtaſeos & naturæ divinæ τῦ λόγυ.

§. 170. *Finis* eſt efficientia apoteleſmatum officialium, Pſ. XLV. & CX.

§. 171. *Conſeqvens* ſunt *prædicationes* exinde fluen-

fluentes, circa qvas notabimus Subjectum, Prædicata, particulas περισσιοριστικὰς, Modum prædicandi & prædicationis fundamentum.

§. 172. *Subjectum* prædicationum secundi generis est persona λόγε ἐνσάρκε, enunciata modò nomine *concretivo personæ*, Matth. XXIIX, 18. modò terminô *concretivo naturæ humanæ*, Marc. II, 10. Joh. V, 27. modò termino *abstractivo* Joh. VI, 51. ubi tamen non *abstractum naturæ* sed *abstractum personæ*, qvod æqvipollet *concreto naturæ*, intelligendum.

§. 173. *Prædicata* sunt ἀνχήματα Divinæ naturæ, de qvibus suprà dictum.

§. 174. *Particulæ* περισσιοριστικαὶ heic non sunt *notæ proprietatis*, ostendentes, cui naturæ formaliter competant illæ proprietates, qvæ in prædicato exprimuntur, ut in primo genere: sed ostendunt naturam, secundum qvam ἀνχήματα Divina Christo in tempore data sunt, & prædicatum propositionis ad humanam Christi naturam, in ipsa unione consideratam, referendum esse admonent.

§. 175. *Modus* prædicandi (1) non est *synonymicus*, sed *paronymicus*; non *abstractivus*, sed *concretivus*. (2) Qvædam ἀνχήματα Divina prædicantur de Christo secundùm Humanam Naturam *immediatè*; ut attributa ἐνεργητικὰ, sapientia, scientia, potentia &c. Qvædam *mediatè*, mediante scilicet atttributo aliqvo ἐνεργητικῷ ut ἀνενέργητα, immen-

Mir ist gegeben alle gewalt im himmel und auff
erden
muß daß ihr aber wißet, daß das Mensch Sohn macht
habe die Sünde zu vergeben
lehrt hat ihm macht gegeben auch das gericht zu halten
non abstractū naturae sed personae hic est intelligendū, sin
abstractū naturae intelligeret, sequi deberet, naturam hu-
manam sine subsistentia divina, et extra unionem
personalem [illegible] divina perficeret [illegible]

Paronymia spec: et gen: est, quando praedi-
catum subiecto tanquam accidens inest.
uti supra ostensū:

In ido hoc genere semp respicien-
dum est ad subjectū
quod humana natura semp gr

Discrimen particularū limitativar.
est ut in secundo gen. idioma divinum
quod humanæ naturæ adscribitur illi
tm̄ competat comunicative. s. ppter
unionem psonalem

immensum, infinitum, æternum, summè simplicem, spiritualem esse &c.

§. 176. *Fundamentum* prædicationum est ipsa communicatio majestatis, seu assumtæ in ὑπόστασιν λόγυ naturæ, ad possessionem totius plenitudinis Deitatis evectio.

§. 177. Secundum ergo genus communicationis idiomatum est, *qvô λόγ& cum sua Divinâ naturâ propriam suam gloriam & excellentiam Humanitati hypostaticè sibi unitæ, ob hanc ipsam unionem hypostaticam, verè & realiter, absq; ulla naturarum & proprietatum commixtione aut confusione, ad communem possessionem, usurpationem & denominationem communicat.*

§. 178. Γνώρισμα seu character, qvô dignoscere possumus hoc genus ac distingvere à primo in seqventibus consistit. (1) In secundo hoc genere subjecti loco qvandoqve ponitur vox *abstractiva*, in primo verò semper terminus *concretivus* subjecti loco deprehenditur. (2) In secundo consideratur persona λόγυ ἐνσαρκ& secundùm humanam saltem naturam; at in primo intelligitur Christus secundùm alterutram, modò Divinam modò Humanam naturam. (3) In secundo prædicata semper sunt Divina idiomata; at in primo *alternativè* modo Divinæ, modo Humanæ Naturæ attributa. (4) In secundo idioma Divinũ consideratur, ut carni *communicativè* seu propter unionem personalem competens; sed in primo spectatur, ut *formaliter & per se* Deitatis est. (5) In secundo nulla

est

est reciprocatio: non enim natura Divina corruptibilis & mortalis dicitur, sicut caro dicitur vivifica: est verò reciprocatio in primo, ita ut propria Divinæ naturæ per appropriationem personalem prædicentur de Christo homine; & vicissim propria humanitatis per eandem ἰδιοποίησιν de DEO λόγῳ enuncientur.

DE TERTIO GENERE.

§. 179. Vocatur hoc genus à Cyrillo κοινοποιΐα & κοινοποίησις, qvia persona hîc secundùm utramqve naturam agit, & communia utriqve naturæ facit. Appellatur etiam κοινωνία ἀποτελεσμάτων, qvia utraqve natura Christi in operibus officii non *divisim*, sed *conjunctim & unitè* agit ad producendum unum ἀποτέλεσμα, qvod ad utramqve naturam refertur.

§. 180. Circa hoc genus notanda I. Principium agendi. II. ἐνέργεια. III. Terminus ἐνεργείας. IV. Modus agendi. V. Fundamentum. VI. Finis. VII. Consequens. IIX. Definitio. IX. γνώρισμα.

§. 181. *Principium* operans est vel QVOD vel QVO.

§. 182. *Principium Quod* est ipsa persona λόγου incarnata. A Damasceno vocatur ἐνεργῶν.

§. 183. *Principium Quo* est natura ipsa, ex qva actio prodit. A Damasceno vocatur τὸ ἐνεργητικὸν.

§. 184. Est verò principium QVO in tertio hoc genere utraq; natura: Divina qvidem *originale & forma-*

formale: Humana *organicum*, ex virtute Divina per unionem hypostaticam sibi communicata agens.

§. 185. Ἐνέργεια Damasceno est *tùm operandi facultas, tùm ipse motus efficax seu operatio, per quam ὁ ἐνεργῶν constituitur actu operans.* Est autem vox ἐνεργείας hîc latiùs accipienda, ita ut etiam passiones ambitu suo complectatur. e. gr. potentia vivificandi & ipsa actualis vivificatio est ἐνέργεια Divinæ; Potentia moriendi & ipsa mortis passio ἐνέργεια Humanæ Naturæ.

§. 186. Terminus ἐνεργείας est *opus productum.*

§. 187. Est hoc vel ἐνέργημα, vel ἀποτέλεσμα.

§. 188. Ἐνέργημα est *effectum ἐνεργείας unius naturæ; & quidem Divinæ Divinum, humanæ humanum* e. gr. Mors est ἐνέργημα Humanæ; Vita mundi, Divinæ naturæ.

§. 189. Ἀποτέλεσμα est *effectum utriq; naturæ commune, ex distincto, non tamen in operando diviso, Divinæ & Humanæ Naturæ energemate quasi compositum.* Unde etiam veteribus vocatur opus θεανδρικόν, hoc est, Dei-virile, qvia scilicet utraqve natura unitâ hîc agit.

§. 190. Estqve id ipsum duplex: unum, *qvod Deitas sine carne producere neqvit*; ut mors vivificans, effusio sangvinis emundans ab omni peccato &c. Alterum, *ad qvod perficiendum λόγος ex libera voluntate carnem adhibet*, ut miracula edere.

§. 191. Modus agendi consistit *in communicatione operationum utriusq; naturæ.* Non enim do-

cenda est unitas duntaxat τῆ ἐνεργείᾳ καὶ ἀποτελέσματι: neqve considerandæ saltem sunt naturæ in mutuo concursu diversarum & qvasi seorsim editarum operationum; sed simul etiam tenenda est communicatio in operationibus talis, ut Christus qvoad divinam Naturam, non tantum divina operetur, sed & per ἰδιοποίησιν (primum communicationis genus) mediante ὑποστάσει appropriet sibi humanitatis actiones & passiones; & ut Humana Natura non tantum ea, qvæ Humanitatis sunt, sed & Divina agat, ex virtute Divina, per unionem hypostaticam sibi communicata.

§. 192. *Fundamentum* communicationis hujus est vel *remotum*, vel *propinqvum*.

§. 193. *Remotum* est unitas personæ & communicatio naturarum: *propinqvum* appropriatio hypostatica, de qva in primo genere; & μεταποίησις seu communicatio majestatis, de qva in secundo genere agitur.

§. 194. *Finis* est generis humani redemtio Matth. I, 21. Gal. IV, 4. &c.

§. 195. *Consequens* sunt prædicationes exinde fluentes, qvarum notamus *Subjectum*, *Prædicata*, *Modum prædicandi & Fundamentum*.

§. 196. *Subjectum* modò est concretum Divinæ Naturæ, ut: *Filius Dei dissolvit opera Diaboli*, 1. Joh. III, 8. *Filius Dei missus in similitudine carnis peccati damnavit peccatum in carne*, Rom. IIX, 3. &c. modò concretum Humanæ Naturæ, ut: *Semen mulie-*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0307
DFG

mulieris conteret caput Serpentis; *Gen. III, 15. Filius Hominis venit animas hominum salvare, Luc. IX, 56. In semine Abrahæ benedicentur omnes gentes*; *Gen. XXII, 18.* modò concretum personæ; *JESUS est Pontifex maximus atque æternus, Hebr. VII, 21. 22. 26. Homo Christus Jesus est Mediator Dei & Hominum*, 1. Tim. II, 5. modò etiam in subjecto ponuntur termini abstractivi, ut: *Sanguis Jesu Christi Filii DEI mundat nos ab omni peccato*, 1. Joh. I, 7.

§. 197. *Prædicata* sunt *apotelesmata officialia*, intelligenda secundùm utramque naturam.

§. 198. *Modus prædicandi est verus realissimusq*, atque ita insuper comparatus, ut quod humanum est in apotelesmate, prædicetur de Divina Natura ἰδιοσυμπτικῶς ex primo genere; quod verò divinum est in apotelesmate, prædicetur de humana natura, non quidem per se, sed κατ' ἕνωσιν & propter communicationem majestatis in secundo genere.

§. 199. *Fundamentum* prædicationum est ipsa operationum utriusque naturæ communicatio.

§. 200. Est itaque tertium genus communicationis idiomatum, *quo in operibus officii utraq; λόγος incarnati natura agit quod suum est, cum communicatione alterius.*

§. 201. Γνώρισμα & character *tertii* hujus generis innotescit & ejusdem à reliquis duobus differentia. Differt verò *à primo*, quia in hoc subjectum est persona ἕνωσιν secundùm alterutram naturam; in tertio verò persona incar-

nata secundùm utramqve naturam. Deinde in primo genere de persona λόγε incarnati prædicantur alternativè modò Divina, modò Humana, in tertio verò ἀποτελέσματα θεανδρικὰ. *A secundo* autem differt; qvia in hoc nostro tertio Christus secundùm utramqve naturam; in secundo vero idem Christus secundùm humanam saltem naturam subjectum est. Deinde ratione prædicatorum distingvuntur, ita ut in secundo genere occurrant tantùm sublimia, Divina scilicet ἀυχήματα, Humanæ naturæ communicata; in tertio verò prædicentur ἀποτελέσματα, qvæ sublimia & humilia continent.

DE OFFICIO CHRISTI, & nominatim de Prophetico.

§. 202. Hactenus de *Persona* Christi actum: sequitur ejusdem *officium*, qvod triplex est, *Propheticum*, *Sacerdotale*, *Regium*.

§. 203. *Causa* efficiens *officii Prophetici* est tota SS. Trinitas, communi consiliò mediam Deitatis personam ad munus hoc destinans, & qvod decrevit ab æterno, in tempore exeqvens: *Patrem* qvidem, Prophetam, magnum mittendo, Matth. XXI, 37. Joh. III, 17. 34. V, 23. 24. X, 36. *Filius*, officium hoc secundùm utramqve naturam peragendo, Ps. XL, 9. Heb. X, 7. Joh. III, 34. *Spiritus Sanctus*, missum secundùm assumtam humanitatem ungendo, Es. LXI, 1. Ps. XLV, 8. Joh. III, 34. Act. X, 38.

§. 204.

Officium proph ~~[illegible]~~ adparet ~~[illegible]~~ Deut: XV. 18.
Ich wille ihnen einen Propheten wie du bist
erwecken, und meine Worte in seinen mund
engen
Es. LX. 1. 2. 3.

Darnach sandte er seinen Sohn zu ihnen
und sprach, sie werden sich für meinen Sohn scheuen

Deinen willen mein Gott thun ich gerne, und deine gesetze
habe ich in meinem herzen.

Der geist des Hohen ist über mir darumb hat
mich der Herr gesalbet.

§. 204. Objectum *reale* voluntas DEI Evangelica & Legalis est; illa πρώτως, hæc δευτέρως.

§. 205. Objectum *personale* sunt secundùm voluntatem DEI antecedentem omnes & singuli homines, 1. Tim. II, 4. 2. Petr. III, 9.

§. 206. Forma consistit *generatim* in sufficientissima voluntatis Divinæ annunciatione; *speciatim* in Evangelii prædicatione, Es. LXI, 1. 2. 3. Luc. IV, 18. seqq. Es. LII, 7. & vera legis interpretatione, Malach. III, 2. 3. Matth. V, 20. seqq.

§. 207. Estqve illa vel *immediata vel mediata.*

§. 208. *Immediata* est, qvâ Christus ipse διὰ πρεσώπου, in diebus carnis suæ, Evangelium hominibus annunciavit, legem Divinam à corruptelis Pharisæorum vindicavit, Discipulosqve suos ad futurum ministerium præparavit.

§. 209. *Mediata* fit operâ vicariâ Apostolorum eorumqve, qvi illis succedunt, usqve ad diem novissimum.

§. 210. *Finis* à Christo Propheta *per se* intentus est omnium hominum ad cœlestis veritatis agnitionem perductio, 1. Tim. II, 4. *accidentarius* qvorundam excœcatio ac induratio, Joh. XII, 40.

§. 211. Est itaqve officium hoc Propheticum *functio Christi* Θεανθρώπου, *qvâ is ex Sacrosanctæ Trinitatis consilio divinam de salute nostra voluntatem sufficientissimè nobis revelat, eâ seriâ intentione, ut in universum omnes ad agnitionem veritatis cœlestis perveniant.*

DE OFFICIO SACERDOTALI.

§. 212. *Causa* constituens Christum Sacerdotem est tota Sacrosancta Trinitas; singulari tamen ratione Pater, ceu fons Deitatis, Ps. CX, 4.

§. 213. *Materia circa qvam*, sacrificium expiatorium, & interpellationis mediatoriæ thymiama est.

§. 214. *Objectum*, in cujus commodum vergit hoc Sacerdotium, non Angeli sive boni, sive mali, Heb. II, 16. sed soli homines sunt, iiqve universi & singuli, Hebr. IX, 28. II, 9.

§. 215. *Forma* est ipsa singularissima Sacerdotii secundum consilium Dei administratio.

§. 216. *Finis* hominum cum DEO reconciliatio est, Hebr. VII, 16. seqq. IX, 26, 28. 1. Joh. II, 2.

§. 217. Est itaqve officium hoc Sacerdotale *functio Christi* Ἰησοῦ Θεάνθρωπου, *qvâ is singularissimum Sacerdotium ex consilio Sacrosanctæ Trinitatis susceptum, in temporis plenitudine secundum utramq. naturam executus est, ut hominem lapsum cum DEO reconciliaret.*

§. 218. Partes officii hujus duæ sunt, *Satisfactio* & *Intercessio*.

DE SATISFACTIONE.

§. 219. Terminus *satisfactionis* totidem syllabis eqvidem non habetur in Scriptura, invenitur tamen ibidem qvoad rem & terminos æqvipollentes, Ps. LXIX, 5. Esa. LIII, 4. 5. 6. Matth. XX, 28. 1. Tim.

Tim. II, 6. 1. Joh. II, 2. IV, 10. Rom. III, 24. 25. V, 10. 11. Eph. I, 7. Col. I, 14. 2. Cor. V, 21 1. Petr. I, 18. 19. Gal. III, 13.

§. 220. Non coincidunt Christi *satisfactio* & ejus *meritum*. Illa respectum habet ad injuriam compensandam; hoc ad mercedem gratuitam acqvirendam peccatoribus. Illa in ordine ad meritum se habet instar causæ; hoc instar effectûs. Illa ipsi Sacrosanctæ Trinitati, non nobis, licet pro nobis, facta est: At non ipsi Sacrosanctæ Trinitati, sed nobis meruit Christus. Actus exinanitionis satisfactorii & meritorii simul sunt; at actus exaltationis solum meritorii sunt.

§. 221. Principium satisfactionis est vel *Quod* vel *Quo*.

§. 222. *Principium* QVOD Christus Θεάνθρωπος est, & qvidem solus, Esa. LXIII, 13. 1. Tim. II, 5.

§. 223. *Principium* QVO utraqve natura est: Divina qvidem *originale* & *formale*; Humana *organicum*, ex virtute Divina per unionem personalem sibi communicata agens.

§. 224. *Objectum*, cui satisfactio præstita, solus Deus unitrinus est, Ps. LI, 6. Deut. XXVII, 26. Rom. XI, 32. Matth. V, 25. XIIX, 34. 35. spectandus hîc non ut *nudus creditor* secundùm commentum potentiæ alicujus absolutæ, cum veracitate, sanctitate & justitia DEI incompatibilis; sed *ut justus judex* secundùm infinitæ suæ justitiæ rigorem

infinitum satisfactionis pretium exigens, 2.Tim. II, 13.Ps.XLIX,8.9.16.

§. 225. Objectum *pro quo* aliud *reale*, aliud *personale* est.

§. 226. *Reale* sunt omnia omninò peccata, Esa. LIII,5.6.Tit.II,14.1.Joh.I,7.omnesqve peccatorum nostrorum pœnæ, tam temporales qvàm æternæ, Esa.LIII,5 Gal.III,13.Hebr.II,14.15.1.Thess.I,10.

§. 227. *Personale* non ipse Christus,Hebr.VII, 26.27. nec Angeli, Hebr.II,16. sed homines lapsi sunt, iiqve in universum omnes, Esa. LIII,6. Joh. I,29.1.Joh.II,2.2.Cor.V,15.Ebr.II,9.

§. 228. *Medium*, cujus interventu satisfactio præstita, est pretium universæ Christi obedientiæ, Ps. XL,7.8.9. Heb. X,5.seqq.

§. 229. *Forma* est totius debiti alieni,à Mediatore liberè susceptI, ipsiqve in judicio Divino imputati, solutio, non solùm ex Divina acceptatione, sed etiam secundùm se, & ex intrinseco suo valore: tùm ex infinitate personæ satisfacientis, tùm ex communicatione majestatis, humanæ Naturæ per unionem personalem facta, redundante, consummatissima, Act. XX, 28. Joh.I,14.16.29.

§. 230. *Finis* ex parte DEI est justitiæ imprimis & misericordiæ Divinæ gloria, Rom.III,25.26.V,8. ex parte nostri, *æterna redemtio*, Hebr.IX,12.

§. 231. *Durationis* terminus *à qvo* primum momentum exinanitionis; terminus *ad qvem* triduum mortis est, utpote qvo ultima lytri satisfactorii portio soluta.

§. 232.

Solus xstus secundū utramq naām noster
Intercessor est, quod probe contra Pontificios no-
tandū, qui Mariam Gabrielem et alios Sanctos
hoīes Intercessores venditant. Sed unus
ttrū ē Intercessor omni praesens, ofsiq et ob
Deus nimirū Xstꝰ Salvator noster.

§. 232. Est ergò Satisfactio hæc *prior officii Sacerdotalis pars, qvâ Christus* Θεάνθρωπος *DEO Unitrino pro omnibus omnium omninò hominum peccatis in judicio Divino post voluntariam interventionem sibi imputatis, consummatissimæ obedientiæ lytrum solvit, in justitiæ & misericordiæ DEI laudem & nostri redemtionem.*

DE INTERCESSIONE.

§ 233. Intercessor Christus Θεάνθρωπος est secundùm utramqve naturam; & qvidem solus, 1. Tim. II, 5. 1. Joh. II, 1. 2. Esa. VII. 24. 25. Rom. VIII. 33. Hebr. VII. 25.

§. 234. Terminus *ad qvem* tendit hæc intercessio, Pater est, 1. Joh. II, 1. ceu Sanctæ Trinitatis fons; non tamen prorsus exclusis Filio & Spiritu Sancto, 1. Joh. V, 7. 2. Cor. V, 18.

§. 235. Objectum *pro qvo* in genere sunt illi, pro qvibus Mediator satisfecit, hoc est, omnes in universum homines, Esa. LIII, 12. 1. Joh. II, 1. 2. Luc. XXIII, 34. specialiter verò fideles & electi, Johan. XVII, 9. IIX, 34.

§. 236. *Materia* circa qvam intercessio hæc occupata est, sunt qvæcunqve nobis proficua, in primis verò ad animæ salutem consequendam utilia & necessaria esse ipse novit.

§. 237. *Fundamentum* est ipsius Intercessoris satisfactio & universum meritum, Rom. IIX, 34. Ebr. XII, 24.

§. 238. *Forma* consistit in interpellatione vera,

reali ac propria, non tamen δȣλικῶς, sed θεοπρεπῶς intelligenda.

§. 239. *Finis ex parte DEI* est gloriæ ejusdem manifestatio; *ex parte hominis*, impetratio omnium, qvæ nobis salutaria sunt. 1 Joh: II. [illegible] Conf. Rom. VIII. 32.

§. 240. Initium intercessionis hujus, æternitas Ps. CX, 4. Hebr. V, 6. Finis consummatio seculi est. Verba cantionis: **Am jüngsten Gericht mein Fürsprecher sey**/non de intercessionis actu, sed ejus fructu intelligenda.

§. 241. Est itaqve intercessio hæc *posterior officii Sacerdotalis pars, qvâ Christus* θεάθρωπος, *pro omnibus omninò hominibus, inprimis verò electis suis, vi universi meriti sui, verè proprieqve, at sine ulla majestatis suæ imminutione, interpellat, sed impetrandum nobis, qvæcunqve corpori atqve animæ præcipuè salutaria esse novit.* Deum

§. 242. Cognata huic interpellationi est *intercessio Spiritus sancti*, qvæ non solùm *effectivè* & *tropicè*, Gal. IV, 6. verùm etiam *propriè*, at secundùm modum personæ Divinæ convenientem, intelligenda. Conf. Rom. IIX, 26. Haut parva tamen inter Christi & Spiritus Sancti intercessionem est differentia. Illa θεανδρικὴ est; hæc θεϊκὴ: illa Mediatoria; non item hæc: illa innititur merito ipsius intercessoris; hæc alterius.

DE OFFICIO REGIO in genere.

§. 243. *Rex* Christus est secundum utramqve naturam. Ψ. II. 6. 7. 8 [illegible] Mat. II. 2. col. [illegible] Illustrior e Locus §. 244. Luc: I. 31. Eph: I. 20. 21. [illegible]

finis tui est terminus vulgaris.

Nonnulli existimant intercessionem
Xsti in aeternū ee duraturam, quod
v. falsum. obtentō n. fine cessat m̄ id
quod ꝓpter finem ē.

Nemo hic ignorat, unde Xstus habeat potestatem regnandi Inimicorum ex majestate secundū divinam naturam, ex eterna generatione.

Eam ob causam Xstus secundū divinā naturam regnare incipit, existentibus creaturis, quoniam inter vocabulum Rex relativa significationis est rex n. non est sine regendo.

alii distinguunt inter regnū hujus et futuri seculi, quod v. unū idemq Regnū n. hujus seculi est regnū potentiae, Regnū v. futuri seculi est regnū gloriae.

§. 244. *Materia circa quam* sunt omnes omnino creaturæ in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, Phil. II, 10. 11, Eph. I, 21.

§. 245. *Forma* regni est infinitæ virtutis, Christo secundùm Divinitatem ex æterna generatione, secundùm Humanitatem ex personali unione competentis, imperium divino modo & absolutè monarchicè administratum. Joh. XVII, 5. Matth. XXIIX, 18. 1. Cor. IIX, 6.

§. 246. *Finis* est Regis nostri gloria, Phil. II, 10. 11. & hominum salus. Jer. XXIII, 5. 6.

§. 247. Durationis *terminus à quo* secundùm Divinitatem, existentia objectorum regibilium; juxta Naturam Humanam ratione possessionis majestatis regiæ, nec non juris ad universale dominium, primum conceptionis momentum, Esa. XI, 6. 7. Luc. II, 11. at ratione universalis & incessantis imperii sessio ad dextram Dei Patris est, Eph. I, 20. 21. 22. 23.

§. 248. Est itaqve officium Regium in genere *functio Christi θεάνθρωπου qvâ is secundùm utramqve naturam, Divinam & Humanam, & hanc qvidem ad dextram majestatis exaltatam, omnes omnino creaturas in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, majestate & virtute infinitâ, qvoad Divinitatem ex generatione æterna, qvoad assumtam Humanitatem ex personali unione ipsi competente, modò Divino, moderatur ac gubernat.*

§. 249. Est verò regnum hujus Regis nostri triplex; *Potentiæ, Gratiæ, Gloriæ.*

DE

DE OFFICIO REGIO IN REGNO POTENTIÆ.

§. 250. *Dominus* in hoc regno Christus est secundùm utramqve naturam.

§. 251. *Causæ administræ*, qvibus in Regno isto Rex noster pro liberrima sua voluntate qvandoqve utitur, sunt tùm Angeli, Ps. CIII, 20. CIV, 4. Exod. XII, 23. 2. Reg. XXIV, 16. 17. 1. Chron. XXI, 15. 16. 27. 30. 2. Chron. XXXII, 21. Esa. XXXVII, 36. Dan. III, 25. 27. VI, 22. Joh. V, 4. &c. tùm reliqvæ creaturæ, Ps. CXLIIX, 5. seqq. Exod. IIX, 2. 16. 21. 24. seqq. IX, 18. seqq. X, 4. seqq. XIV, 21. seqq. Jos. III, 16. Jud. V, 20. Joel. II, 3. 4. seqq. Amos VII, 4. &c.

§. 252. *Objectum* seu materia circa qvam, sunt omnia in universum manuum divinarum opera. Psal. IIX, 7. 8. 9. 1. Cor. XV, 27. 28. Hebr. II, 7. 8. Eph. I, 21. 22. 1. Petr. III, 22.

§. 253. *Forma* est infinitæ virtutis Christo secundum utramqve naturam, qvanqvam dispari habendi modo competentis, imperium, Divino modo administratum.

§. 254. *Finis* est Dei & Regis nostri gloria, Ps. IIX, 2. 10. Dan. VII, 14. Phil. II, 10. 11. nec non subditorum regni conservatio & salus, Hebr. I, 3.

§. 255. Regni ut sic dicam *locus* sunt omnia πᾶ creata, qvæ omnipræsentissimo suo dominio, etiam qvoad Humanitatem exaltatam, replet, Eph. I, 23. IV, 10.

§. 256.

Quando autor dicit Reo Initium regni
coepisse quoad humanam naturam statim
eo momento, quo sedere coepit ad dextram Pa-
tris, tunc probe notandum, Xstum non penitus
in statu exinanitionis quoad humanam nat.
destitutum fuisse Regno potentiae. sed illum
particulariter tum eo tempore s. statu re-
gnasse.

§. 256. *Initium* hujus regni qvoad Divinam naturam, creatio universi; qvoad Humanam, momentum, qvo sedere cœpit ad dextram Patris, est.

§. 257. Est itaqve officium Christi regium in regno potentiæ *functio* θεανδρώπου, *qvâ is secundùm utramq; naturam, omnia in universum manuum Divinarum opera, virtute & majestate infinitâ, modo Divinô gubernat, in nominis Divini gloriam & regni subditorum salutem.*

DE OFFICIO REGIO IN REGNO GRATIÆ.

§. 258. *Dominus* in hoc regno idem est, qvi in regno potentiæ.

§. 259. *Causæ* ministeriales *in statu Ecclesiastico* sunt qvivis Ecclesiæ ministri, 1. Cor. III, 9. IV, 1. 2. Cor. V, 20. *in Politico* Magistratus, Ps. II, 10. seqq. XXIV, 7. seqq. Esa. XLIX, 23. *in œconomico* Parentes, Gen. XLIX, 19. Deut. VI, 6. 7. Eph. VI, 4. 1. Tim. V, 4. & liberi, Ps. LIX, 3. 2. Tim. III, 15. Domini & servi, Exod. XX, 10. Deut. V, 20. *in vita communi* qvivis Christianus, Matth. XX, 1. seqq.

§. 260. *Causa instrumentalis* sunt Verbum & Sacramenta. Ps. CX, 2. 1. Joh. V, 6.

§. 261. *Objectum* sunt secundùm DEI voluntatem antecedentem omnes omninò homines; maximè verò pii & fideles, 1. Tim. IV, 10. Exod. XIX, 5. 6. 1. Petr. II, 9.

§. 262. *Forma* est imperium θεανδρικὸν, βασιλικὸν & absolutè monarchicè administratum.

Mat. XXVIII. 18. 19.

§. 263.

§. 263. *Actus* regii huc pertinentes sunt missio, illuminatio & conservatio Apostolorum, Evangelistarum & Doctorum in Ecclesia, Matth. XXIIX, 19. Marc. XVI, 15. Luc. XXIV, 47. Actor. I, 8. Eph. IV, 11. collectio Ecclesiæ ex omnibus gentibus per prædicationem Evangelii & dispensationem Sacramentorum legitimam; item regeneratio, Joh. III, 5. 1. Petr. I, 3. renovatio, Tit. III, 5. effusio variorum donorum, 1. Cor. XII, 4. 5. Eph. IV, 8. protectio & conservatio piorum, Matth. XXIIX, 10. dominatio in medio inimicorum, Psal. CX, 1. 1. Cor. XV, 25. Hebr. I, 13. Eph. I, 20.

§. 264. *Finis* est Dei & Regis nostri gloria, Esa. XLIII, 21. LXI, 3. Eph. I, 12. 1. Petr. II, 9. nec non regni Satanici destructio, 1. Joh. III, 8. & æterna hominum salus, Ps. CX, 5. Esa. IX, 6. Jer. XXIII, 6. XXXIII, 16.

§. 265. *Locus*, ut sic dicam, est mundus hic, inprimis verò cœtus fidelium, & ubicunqve duo aut tres congregati fuerint in nomine Christi, Matth. XIIX, 20.

§. 266. *Initium* plenariæ gubernationis hujus regni qvoad Humanitatem est momentum evectionis ejusdem ad dexteram majestatis: *Finis*, consummatio seculi, 1. Cor. XV, 24.

§. 267. Est itaqve officium Christi regium in regno gratiæ *functio* θεανθρώπε, *qvâ is secundum utramqve naturam per Ministerium Verbi & Sacramentorum Ecclesiam sibi colligit, collectam Divinâ vir-*


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0332
DFG

virtute regit, conservat ac protegit, in nominis Divini laudem, Satanici Regni destructionem, & fidelium salutem.

DE
OFFICIO REGIO,
IN REGNO GLORIÆ.

§. 268. Dominus in hoc regno idem est, qvi in regno potentiæ & gratiæ.

§. 269. *Causa* ministerialis in ipsius regni administratione nulla est, qvum DEUS immediatè beatis cœlitibus præsit.

§. 270. *Objectum* sunt illi ipsi cœlestis regni incolæ, Angeli scilicet & electi homines.

§ 271. *Forma* est ratio regnandi βασιλικὴ ac gloriosè monarchica.

§. 272. *Finis* est gloria Dei & Regis nostri, atqve ex parte beatorum, plenaria & incessans cœlestium gaudiorum perceptio.

§. 273. Πῶς hujus regni cœlum beatorum est.

§. 274. *Initium* respectu Humanitatis est primum momentum exaltationis ejusdem ad dextram Patris: plenissima hujus regni manifestatio, & ultima ejusdem accessio erit in solemni illo beatorum ἐν βασιλείᾳ, Matth. XXV, 34.

§. 275. Est itaqve officium Regium in regno gloriæ *functio* βασιλικὴ, qvâ *is secundum utramq; naturam Ecclesiæ in cœlis triumphanti gloriosissimè præest, in nominis Divini laudem & beatorum æternam refectionem.*

DE

DE STATIBUS CHRISTI, & speciatim DE EXINANITIONE.

§. 276. Status Christi duo sunt: *Exinanitio & Exaltatio.*

§. 277. *Subjectum* exinanitionis est vel *Quod* vel *Quo.*

§. 278. *Subjectum Quod* est persona λόγου, non qvà ἀσαρκου & incarnanda; sed qvà ἐνσαρκου & incarnata.

§. 279. *Subjectum Quo* est Natura Humana, utpote qvæ sola deteriorationis capax est.

§. 280. *Objectum*, seu id, qvo se exinanivit Christus, non essentia & majestas Divina, qvam ἀχωρίστως retinuit perpetuò; sed in genere μορφὴ τοῦ θεοῦ, hoc est, *status Divinus gloriosus*, seu plenarius & non interruptus usus majestatis Divinæ, Phil. II, 6.7.

§. 281. In *specie* verò usus plenarius Divinæ gloriæ, Joh. XVII, 5. opulentiæ, Matth. IIX, 20. 2. Cor. IIX, 9. omnipotentiæ, Luc. XXII, 42. 43. 53. 54. 62. XXIII, 33. 35. 37. omnisapientiæ, Esa. VII, 15. omniscientiæ, Matth. XXI, 19. Marc. XI, 12. Matth. XXIV, 36. Marc. XIII, 32. Joh. XI, 34. omnipræsentiæ, Ps. CX, 1. Eph. I, 20. 21. 22. 23. cultus adorationis religiosæ, Phil. II, 9. 10. 11. Hebr. II, 7.

§. 282. *Forma* exinanitionis non absolvitur carnis assumtione, aut omnimodâ majestatis Divinæ abdi-

Es: LIII. ΨVIII. 5. Ebr: II. 6. 7. 8. 9
Philip: II. a. v. 6 – 12. Jesus Xstus ob er wol in Gott
gestalt war hielt er es ꝛc für etc:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0335
DFG

Quando quaerit quand status Xsti exiit natitimo
inceperit, pari modo ~~quaeritur~~ non aliter respon-
det, quam tunc quando quaeritur, ~~quando~~ quo
tempore Idiomata divina humanae naturae communi-
catae sint? Siquidem haec omnia facta sunt primo
conceptionis momento.

abdicatione, aut ejusdem occultatione; sed formæ DEI seu pleni atqve incessantis usus majestatis Divinæ verâ & reali, voluntariâ tamen & temporariâ abdicatione.

§. 283. *Finis* est pro commisso in protoplastis Dei-formitatis raptu satisfactio. Ps. LXIX, 5. Phil. II, 6.7. & salutis amissæ reparatio. Es. XLIII, 24.25. Matth. XX, 28. 2. Cor. IIX, 9. Gal. IV, 4. 5.

§. 284. *Duratio* exinanitionis consideratur partim ratione *termini à quo*; partim ratione *termini ad quem*.

§. 285. *Terminus à quo* est primum incarnationis momentum: *Terminus ad quem* est tempus qvietis in sepulchro, usqve ad momentum illud, qvô corpus vivificatum & cum anima redunitum fuit.

§. 286. Est itaqve exinanitio *status Christi* κένωσις, *qvo is secundum Humanam Naturam majestatis Divinæ & infinitæ, vi unionis personalis secundum eandem sibi communicatæ, usu plenario & incessante, verè & realiter, liberè tamen & ad tempus saltem se abdicavit, ut pro commisso in protoplastis Dei-formitatis raptu justitiæ DEI satisfaceret, & amissam salutem lapsis repararet.*

§. 287. *Actus* exinanitionis præcipui sunt, qvos Symbolum Apostolicum recenset; nempe *Conceptio, Nativitas, Passio, Mors*, & qvæ totius exinanitionis clausula & epiphonema est, Sepultura.

DE CONCEPTIONE.

§. 288. *Subjectum* Conceptionis est vel *Qvod*, vel *Qvo*.

§. 289. *Subjectum Quod* est tota persona λόγυ.

§. 290. *Subjectum Quo* est natura humana: hæc enim sola mutationis ab esse ad non esse capax est.

§. 291. *Principium activum* & mirabiliter fœcundans, Spiritus Sanctus est, Luc. I, 35.

§. 292. Ejus Πλήρωσις aliqvot absolvitur actibus; qvorum primus est nobilissimi sangvinis in B. Virgine segregatio: alter, segregati purificatio: tertius, animæ Christi ex anima B. Virginis propagatio: qvartus, succesiva sanctissimi animæ habitaculi, corporis scilicet, effigiatio & elaboratio.

§. 293. *Principium passivum*, & ad singularissimi fœtus singulariſſimam productionem merè obedientialiter se habens, est vel *totale* & *remotum*, vel *partiale* & *proximum*.

§. 294. *Totale* est Mater Virgo, *in qva* non solùm, sed & *ex qva* Filius ille conceptus fuit.

§. 295. *Partiale* & *proximum* est uterus intemeratæ Virginis.

§. 296. *Forma* conceptionis est prima existentiæ Redemtoris in utero matris adeptio.

§. 297. *Finis* est nostri salvatio, Matth. I, 21. & impuræ nostræ conceptionis sanctificatio. Hebr. II, 17. 18.

DE NATIVITATE.

§. 298. *Subjectum Quod* natum, est DEUS-HOMO. Luc. I, 35.

§. 299.

Gal. IV.4. da die Zeit erfüllet war, sandte
Gott seinen Sohn gebohren von einer Weibe

Quoniam conceptio involvit mutationem ad
ē non ēe ad ēe, divina nāa subjectū quo nā
eo modo ēe potest, quia infinita atq æterna ē

Math: XXV 42 Col. 124

Quaeritur hic, num divina nāa plane non
ptineat ad subiectū passionis. Rg. oīo p pri-
mum nimirum genus comunic. Rgd ac p
ἰδιοπόρησιν

§. 299. *Subjectum ex quo* est vel *totale*, vel *partiale*.

§. 300. *Totale*, Mater virgo: *Partiale* ejusdem uterus est.

§. 301. *Forma* est ipsa DEI infantis ex utero materno ad has lucis auras egressio; qvæ an ruptô virginali claustro, an clausô facta fuerit, apodictice ex Scriptura non liqvet.

§. 302. *Finis* est tùm nativitatis nostræ peccaminosæ sanctificatio, Esa. IX, 6. tùm υἱοθεσίας nostræ apud DEUM procuratio. Gal. IV, 4. 5.

DE PASSIONE.

§. 303. Passio Christi alia *inchoata* à prima statim infantia, & per aliqvod vitæ Christi annos continuata est: alia *extrema* circa finem vitæ, biduô ante mortem ab ipso exantlata; qvæ passio κατ' ἐξοχὴν dicitur, & præcipuè hic attendenda venit.

§. 304. *Subjectum* passionis est vel *Qvod*, vel *Qvo*.

§. 305. Subjectum *Qvod* est Filius DEI ἔνσαρκος. Rom. IIX, 32. Act. III, 15. 1. Cor. II, 8. Act. XX, 28.

§. 306. Subjectum *Qvo* est vel *remotum*, vel *proximum*.

§. 307. *Remotum* est ipsa natura patiens, Humana nempe, non Divina, qvæ simpliciter ἀπαθὴς est, alio tamen modo ad Humanitatis sibi per-

sonaliter unitæ passiones concurrens, easdem scilicet, ut in se spectantur, volendo, adhærentem hostium malitiam permittendo, illas mediante ἰδιοποιήσει sibi appropriando, naturam patientem sustentando, passionibus ejus infinitum pondus superaddendo, easdemqve ad finem humano generi salutarem determinando.

§. 308. *Propinqvum* est tùm corpus Redemtoris; tùm ejusdem anima cum omnibus suis potentiis & facultatibus.

§. 309. *Materia* seu *objectum* est omne id, qvod Christus pro nobis passus est; ut sunt persecutiones, insidiæ, vincula, verbera, vulnera, scommata, ineffabiles dolores animæ, & deniqve mors ipsa non temporalis tantùm, sed & æterna. Æterna, inqvam, si *essentiam & intensionem pœnarum* respicias: sin infinitam personæ patientis sublimitatem, æternæ non tantùm æqvipollens, sed & omnes omnium damnatorum æternas mortes infinities supergrediens.

§. 310. *Modus* passionis in eo consistit, qvod Christus hæc omnia passus est non putativè & secundùm opinionem hominum, sed verè proprieqve; nec coactè, sed voluntariè Ps. XL, 9.

§. 311. *Finis* passionis est vel ᾧ, *Cui*; vel οὗ, *Cujus*.

§. 312. Finis *Cui* sunt homines peccatores, pro qvibus Christus passus est; atqve hi qvidem omnes, nullô prorsus excepto 2. Cor. V, 14. 15. Hebr. II, 6. 2. Petr. II, 1. &c.

§. 313.

uti in tertio communic: Id: genere demonstratum est.

Intensio ~~nihil~~ ~~ab~~ hoc locum involvit complectionem, s: perfectionem, quappter quando Auctor ~~s.~~ ~~Eog~~ magnos Xsti dolores describere annuitur, utitur et hoc termino intensionis: quod nihil aliud denotat, quam maximos dolores, quos Xstus perpeti coactus est.

Hoc probe contra Calo: Resinotandum passionem Xsti ad solos electos referentes, uti jam ostensum

§. 313. Finis *Cujus* est pleniſſima peccatorum humani generis qvorumcunqve expiatio, & noſtri à pœnis infernalibus liberatio. Heb. II, 10. 14. 25.

DE CHRISTI DERELICTIONE.

§. 314. Inter ea, qvæ paſſus est Redemtor pro genere humano lapſo, eminet ineffabilis illa, de qva ipſe in cruce conqveritur, *derelictio*. Matth. XXVII, 46. Marc. XV, 34.

§. 315. *Subjectum derelinqvens* is est, qvem Chriſtus ſecundùm humanitatem DEUM *ſuum* vocat, *Pater* ſcilicet, ad qvem etiam preces ſuas in cruce direxit: non tamen excluſo ipſo λόγῳ, auxilium & ſolatium Humanitati, ſibi unitæ, ſubtrahente; & Spiritu Sancto: eſt enim derelictio hæc *activè* ſpectata opus ad extra eſſentiale, ac proinde omnibus tribus perſonis commune, ſervatô tamen earum ordine perſonali.

§. 316. Subjectum *derelictionem patiens* est vel *Qvod*, vel *Qvo*.

§. 317. Subjectum *Qvod* Chriſtus est, non in hominum peccatorum, ſed propria perſona derelictum ſe conqverens; ſpectandus hic non *in ſe* ac *per ſe*; ut DEI & Mariæ filius; ſed *relatè* & in officio ſuo ſatisfactorio, qvatenus in judicio DEI totum genus humanum lapſum repræſentat, & omnia omnium hominum peccata portat. Eſa. LIII, 4. 6. 2. Cor. V, 21.

§. 318. Subjectum *Quo* est vel *remotum*, vel *propinqvum*.

§. 319. *Remotum* est Natura Humana in profundissimæ exinanitionis statu posita.

§. 320. *Propinqvum* est tùm corpus Redemptoris vinculis, flagellis atqve innumeris injuriis aliis, & deniqve morti ipsi obnoxium factum: tùm ejusdem anima non tantùm *secundùm facultatem* superiorem, sed etiam *inferiorem*, Matth. XXVI, 38. Marc. XIV, 34. Joh. XII, 27.

§. 321. *Forma* seu *modus* derelictionis explicatur tùm κατ' ἄφεσιν, tùm κῦ θέσιν.

§. 322. Consistit scilicet derelictio hæc in deliqvio non ipsius Divinitatis λόγυ: hæc enim, qvia simpliciſſimè eadem est cum essentia Patris, tale qvid pati haud potest: non unionis hypostaticæ; *qvod enim semel assumsit, nunqvam deposuit*: non communicatæ ex personali unione majestatis Divinæ: manst enim & hæc ἀδιαλύτως qvoad possessionem, qvanqvam non exseruit se in plenaria usurpatione: non fiduciæ, contrarium siqvidem docent non nisi filialem confidentiam spirantia verba: *DEUS meus! DEUS meus!*

§. 323. Neqve insuper consistit *formaliter* in sensu dolorum infernalium, utpote qvi ad illam *consequenter* saltem se habent: neqve in nuda externi auxilii subtractione; sed in hac qvidem δευτέρως πρώτως autem atqve *inprimis* in gratiæ cœlestis, & solatii ac dulcedinis, ex inhabitante Deitate redunda-

undare aliàs solitæ, sensus interioris privatione. Nam ea hîc qvoad rem intelligenda derelictio, qvam peccatis suis genus humanum promeuerat: at hæc non tantum pœnarum externarum, sed imprimis internarum & spiritualium inflictiva erat, ac proinde talem etiam sustinere debuit Redemtor. Conf. Pf. IIX, 6. Hebr. II, 9. Pf. XXII, 2. 5. 6. 7.

§. 324. *Finis* est nostræ ἱλασμοῦ expiatio, Esa. LIII, 6. & liberrimi ad Patrem aditûs conciliatio. Rom. V, 1. 2. 2. Cor. V, 18. 19. 21. Eph. II, 16. Col. I, 20. 22.

§. 325. *Consequens* sunt dolores non tantùm corporis, sed etiam, & qvidem præcipuè, animæ, iiqve infernales & omnium maximi, Esa. LIII, 5. 6. Pf. XXII, 15. 16. XXXI, 10. 11. 13. XXXIIX, 2. 3. seqq. XL, 13. LXIX, 2. 3. 4. 8. 10. 21. 2. Cor. V, 21.

§. 326. *Adjuncta* sunt (I.) *Veritas*. Fidelium derelictio apparens saltem est; hæc autem tam vera, qvàm verè Christus per imputationem peccatum factum est. (II.) *Necessitas* ex suppositione decreti Divini verbo revelati. Matth. XXVI, 54. Luc. XXII, 37. XXIV, 26. Matth. XXVI, 39. 42. Marc. XIV, 35. 36. 39. Luc. XXII, 42. 44. (III.) *Singularitas*.

§. 327. Est enim sine exemplo (1) *ratione derelicti*, qvi Filius Dei proprius, Rom. IIX, 32. unigenitus, qvi est in sinu patris, Joh. I, 18. III, 16. sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus. Hebr. VII, 26. Conf. Esa. LIII, 9. Dan. XI, 24. 2. Cor. V, 21.

§. 328. (2) *Ratione Principii*, unde orta, qvod est summa Christi adversatio: qvia enim hic omnia omninò omnium hominum peccata in se susceperat, non potuit non Pater cœlestis vi justitiæ suæ extremè odisse ipsum tanqvam κατάεγον. Gal. III, 13. & peccatorem, qvos sol unqvam vidit, omnium maximum 2. Cor. V, 21.

§. 329. (3) *Ratione intensionis*: est enim omnium maxima & gravissima; qvia nemo unqvam major peccator reputatus à DEO fuit, qvàm Christus. Piorum derelictio παιδευτικὴ saltem ac δικαστικὴ est; hæc exemplariter πατρικὴ ac pœna exqvisitissimè sic dicta, utpote annexam habens maledictionem omnium maximam; atqve inde in hoc tertio Redemtor patribus paternè à DEO castigatis se opponit Ps. XXII, 2. 5. 67

§. 330. (4) *Ratione consequentium dolorum*, qvi tanti, qvantos nullus unqvam damnatorum in inferno experiri potest. Et qverela illa in cruce, qvanqvam nec *desperantis, nec cum desperatione* luctantis sit, est tamen omnium omnino desperantium & damnandorum supplicia sustinentis.

DE MORTE.

§. 331. *Subjectum Qvod* est CHRISTUS θεάνθρωπος.

§. 332. Subjectum *Qvo remotum* est natura non *Divina*, qvæ simpliciter immutabilis; sed Humana, 1. Petr. III, 18.

§. 333.

Abominationem

Gott hat den der von keiner Sünde wüste für uns zur Sünde gemacht.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0351
DFG

Valentini
Conf: ~~Joh.~~ Henrici Vogleri Commentarius
Physicus in Hist: Passionis qui satis docet pro-
fluxu sanguinis et aquae ob Ee miraculum
aestimandum, quia nimirum distincte
promanavit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0352
DFG

§. 333. *Propinqvum* est *corpus*, tot fatigatum passionibus.

§. 334. Ratio *formalis* consistit in voluntaria, veraqve ac locali animæ à corpore separatione Luc. XXIII, 43. 46. salvô interim manente unionis personalis vinculô.

§. 335. *Finis* est vel ὦ, *Cui*; vel οὗ, *Cujus*.

§. 336. Finis *cui* sunt homines peccatores, iiqve omnes & singuli, 2. Cor. V, 14. 15.

§. 337. Finis *cujus* est peccatorum nostrorum expiatio, & nostri ab æterna morte redemtio, Hebr. II, 14.

§. 338. *Duratio* est tempus triduanum, Luc. XIX, 33. Matth. XII, 40. in qvo Redemtor verè eqvidem mortuus, at ob partium naturaliter separatarum permanentiam hypostaticam in λόγῳ & invariabilitatem unionis personalis, verus homo mansisse censendus est. Matth. XII, 40.

§. 339. *Consequentia* mortis Christi sunt miracula & inde orta conversio adstantium. Inter illa eminent profluxus aqvæ & sang vinis è mortui Christi latere supernaturalis, Joh. XIX, 34. 35. ditorum Sacramentorum Novi Testamenti typus. 1. Joh. V, 8.

DE SEPULTURA.

§. 340. *Subjectum Qvod* sepelitur, est Christus θεάνθρωπος.

§. 341. Subjectum *Qvo* est corpus ejus exanime.

§. 342. *Subjectum in Quo* est sepulturæ locus, hortus scilicet Josephi Arimathæi, atqve in eo non fossa, sed spelunca saxea, Matth. XXVII, 60. Marc. XV, 46. Luc. XXIII, 53. Joh. XIX, 41.

§. 343. *Curatores* funeris duo sunt: Arimathæus nempe ille & Nicodemus Pharisæus, Joh. XIX, 38. 39.

§. 344. *Exequiatores*, nobilissimi duo Curatores, cum honoratissimis aliqvot fœminis, Matth. XXVII, 61. Marc. XV, 47. Luc. XXIII, 55.

§. 345. *Forma* sepelitionis aliqvot actibus, videlicet corporis exanimis de cruce, consentiente Pilato, in hortum translatione; ejusdem ablutione, inunctione, manuum pedumqve colligatione, repositione in sepulchro & lapidis ad ostium monumenti advolutione, absolvitur.

§. 346. *Finis* atqve effectus est (1) peccatorum nostrorum submersio ac obsignatio, Mich. VII, 9. Dan IX, 24. (2) nostri consepelitio spiritualis, qvæ fit in renovatione, Rom. VI, 4. (3) sepulchrorum nostrorum consecratio, Esa. LVII, 2. (4) nostri vivificatio, Os. VI, 2. Confer typum 2. Reg. XIII, 21.

DE
EXALTATIONE.

§. 347. Vox *exaltationis* sumitur vel *in sensu Ecclesiastico*, pro evectione humanitatis in ὑπόστασιν λόγε, & consequente inde ἀυχημάτων Divinorum communicatione: Vel *in sensu Biblico*; atqve sic deno-


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0356
DFG

denotat vel exaltationem crucis, Joh. III, 14. XII, 32. 34. vel DEI celebrationem, Pſ. XCIX, 9. Luc. I, 46. vel evectionem Humanitatis Chriſti, antè exinanitæ, ad gloriam. Et ſic ſumitur vel *inadæquatè*, pro aſcenſione glorioſa cum ſeſſione ad dextram Patris conjuncta, Eph. IV, 10 vel *adæquatè*, pro univerſa exinanitione Chriſti, oppoſita βελτιώσει, Pſ. IIX, 6 ſeqq. Act. V, 31. Hebr. II, 7. 8 9. Phil. II, 9. Qvæ poſtrema ſignificatio hujus loci eſt.

§. 348. *Subjectum* exaltationis hujus eſt vel *Qvod*, vel *Qvo*.

§. 349. Subjectum *Qvod* eſt λόγος ἔνσαρκος.

§. 350. Subjectum *Qvo* Natura non Divina, qvia hæc ſimpliciter ἀμετάβλητος; ſed *Humana eſt*, Pſ. CX, v. ult. Phil. II, 9.

§. 351. *Cauſa efficiens* exaltationis, ceu operis *ad extra eſſentialis*, eſt tota S. Sancta Trinitas: *Pater*, ut principium ac fons adorandæ Triados, Pſ. CX, 1. Joh. XVII, 5. Rom. VI, 4. Eph. I, 20. Phil. II, 9. 11. *Filius* Pſ. CX, 1. Joh. II, 19. X, 17. 18. & *Spiritus Sanctus*, 1. Joh. V, 7. Rom. IIX, 11.

§. 352. *Terminus* exaltationis eſt vel *à qvo* & *per qvem*; vel *ad qvem*.

§. 353. Terminus *à qvo* & *per qvem* eſt paſſio & exinanitio antegreſſa, Pſ. CX, ult. Luc. XVII, 25. XXIV, 26. 1. Petr. I, 11. Philipp. II, 8. 9.

§. 354. Terminus *ad qvem* eſt gloria & majeſtas, tum finita, Phil. III, 21. Joh. XVII, 24. Apoc. III, 21.

21. tùm infinita Joh. XVII, 5. Eph. I, 20. seqq. Phil. II, 9. 10. 11. considerandа heic in *usurpatione*, & qvoad distinctos gradus; de qvibus infrà.

§. 355. *Forma* est ipsa gradualis ad gloriam istam evectio.

§. 356. *Conditio prærequisita*, disponens subjectum exaltandum ad recipiendum hanc βελτιωσιν, est ζωοποίησις seu vivificatio corporis nuper mortui, facta per redunitionem animæ cum corpore, 1. Petr. III, 18. 19.

§ 357. *Causa finalis* est tùm religiosa, eaqve catholica Christi secundùm naturam exaltatam veneratio, Phil. II, 10. 11. tùm nostri ad supercœlestia cum Christo evectio, Eph. II, 6.

§. 358. *Duratio* exaltationis æterna est, Rom. VI, 9. 10. Apoc. I, 18. Es. LIII, 8. Dan. VII, 14. Luc. I 33

§. 359. Est itaqve exaltatio *status Christi* θεανθρώπου, *qvô is secundùm Humanitatem assumtam è profundissima κενώσει ad gloriæ cœlestis meræ Divinæ usurpationem plenariam ac nunqvam interrumpendam evectus est, ut in nomine Jesu omne omninò genu se flecteret, & ipse nos omnibus præsuris superiores factos ad supercœlestia secum eveheret.*

De GRADIBUS EXALTATIONIS, & nominatim DE DESCENSU AD INFEROS.

§. 360. Descensus Christi ad inferos accipitur vel *metaphoricè*, vel *propriè*.

§. 361.

§. 361. *Metaphoricè* notat vel passionem dolorum infernalium, & sensum iræ Divinæ; conf. Psal. XVI, 10. LXIX, 15.16. Act. II, 24. vel descensum *virtualem*, factum passionis Christi virtute ac merito, conf. Zach. IX, 11. Neutra significatio hujus loci.

§. 362. *Propriè* significat realem Christi ad inferos profectionem.

§. 363. Atqve sic sumitur vel *præcisè*, prout est effectio humanitatis ex exaltatione resultans: Vel *complexè*, plenè & cum fructu suo, qvatenus scilicet est descensus Regius, triumphalis, meritorius; qvo sensu apotelesma officii Regii est, & Christo secundùm utramqve naturam competit. Posterior consideratio ad doctrinam de officio Christi pertinet; prior verò hujus loci est.

§. 364. Subjectum *Qvod* descendit, est ipsum suppositum λόγȣ incarnati, & secundùm carnem mortui ac vivificati. 1. Petr. III, 18.

§. 365. Subjectum *Qvo* Natura non Divina, sed Humana est; atqve ea qvidem tota, non anima solùm. 1 Petr. III, 18.

§. 366. *Terminus ad qvem* est carcer infernalis, seu receptaculum damnatorum spirituum, ibid.

§. 367. *Forma* est ipsa vera atqve realis, & secundùm modum corporis glorificati facta ad ϖῶ damnatorum abitio.

§. 368. *Momentum* descensus, juxta catenam actuum Petrinam, l. cit. rectè statuitur medium in-

inter ζωοποίησιν, & ἀνάστασιν. Et probabiliter veteres sentiunt, descensum hunc factum esse in magno illo terræ motu, qvi summo manè ante solis exortum die Paschatos evenit.

§. 369. *Causa Finalis* est (1) hostium triumphatio, 1.Petr.III,18.19. Col. II,15. (2) victoriæ plenariæ certificatio, (3) absolutæ Christi potestatis in vivos & mortuos manifestatio. Apoc. I,18. Rom. XIV,8. 9.

§. 370. Est itaqve descensus Christi ad inferos *primus exaltationis gradus, qvô λόγῳ ἕνωσεκῷ, ex qvo secundùm corpus antè mortuum vivificatus fuit, tota suâ humanitate, ad πᾶς tormentorum infernalium verè realiterq; abiit, ut inibi spiritibus damnatis tanqvam triumphator gloriosè insultaret, & mortem atque infernum morte suâ se vicisse demonstraret. 1. Petr. III,18.19.20. Col.II,15.*

DE RESURRECTIONE.

§. 371. *Resurrectio* Græcè ἀνάστασις dicitur: ἀνάστασις verò præsupponit πτῶσιν. Est ergò resurrectio seu ἀνάστασις vi vocis, *iterata statio ejus, qvod ceciderat.*

§. 372. Accipitur terminus resurrectionis (1) vel *latè*, ut simul includat ζωοποίησιν; vel *strictè*, prout à reviviscentia distingvitur, & notat redivivi corporis egressionem è sepulcro, & egressi præsentationem ad alios; qvô sensu heic accipitur.

§. 373. (2) Vel *complexè*, prout est actus officia-

cialis meritorius, & utriqve naturæ competit; vel *præcisè*, prout est affectio humanitati propria; qvæ posterior acceptio hujus loci est.

§. 374. *Subjectum Qvod* est Christus θεάνθρωπος. Subjectum *Qvo, remote* humana natura; *proximè* corpus, qvod per mortem ceciderat.

§. 375. *Causa efficiens* est ipse resurgens θεάνθρωπος cum Patre & Spiritu Sancto.

§. 376. *Principium* agendi est potentia verè & merè Divina Rom. I, 4. ipsi etiam assumtæ humanitati ex personali unione competens. Coloss. II, 9.

§. 377. *Materia* est idem subſtantiâ ac numero corpus, qvod antè erat mortuum, cum eâdem numero anima, qvæ antea ab illo discesserat, redunitum; at novis vestitum qvalitatibus, Phil. III, 21.

§. 378. *Forma* resurrectionis consistit in verissima potentissimaqve è clauso sepulcro egressione, Matth. XXIIX, 2. 6. Rom. I, 4.

§. 379. *Tempus* resurrectionis est dies tertius, Matth. XII, 40.

§. 380. *Finis* ☉ seu *cui*, ex DEI seria intentione, & juxta voluntatem ejus antecedentem, sunt omnes in universum homines, Rom. IV, 25. 2. Cor. V, 15. 2. Petr. II, 1.

§. 381. *Finis* ☿ seu *cujus* est victoriæ plenariè reportatæ certificatio, beneficiorum morte Christi partorum applicatio, resurrectio nostra ad vitam æternam &c.

§. 382.

§. 382. Est itaqve resurrectio *actus seu gradus exaltationis secundus, qvo θεάνθρωπος per eandem cum Patre & Spiritu Sancto potentiam, ex sepulchro eduxit corpus animæ redunitum & glorificatum, ut in opere mediatorio per beneficiorum partorum applicationem, salutem nostram perficeret.*

De ASCENSIONE IN COELOS.

§. 383. *Ascensio* dupliciter sumitur, vel ἐν πλάτει & *latè*, prout sessionem ad dexteram includit, ut Act. II, 33. 34. Eph. IV, 10. Ps. LXIIX, 19. Vel *strictè*, prout notat visibilem illam Christi in altum elevationem, ut Marc. XVI, 19. Act. I, 9. 11. Qvæ posterior significatio hujus loci est.

§. 384. Atqve sic iterum accipitur vel *præcisè*, prout est affectio humanitatis ex exaltatione resultans: vel *complexè*, qvatenus est actus officialis regius, triumphalis & meritorius. Hîc priori sensu sumitur.

§. 385. *Subjectum qvod* est θεάνθρωπος ad dextram majestatis Divinæ jam jam evehendus. Subjectum *Qvo*, Natura Humana.

§. 386. *Principium agendi* in hac elevatione est virtus Divina, Naturæ Divinæ *per se*, Humanitati κατ' ἄλλο, nempe *per & propter unionem personalem* competens.

§. 387. *Terminus* ascensionis *triplex* est; *à qvo, per qvem & ad qvem.*

§. 388.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0367
DFG

Sed est Xs

Quando Xsfq dr rediturus ad judicium, id non negat
eius praesentiam in mundo, dtm modu visibilis praesen-
tiae, tunc redibit visibiliter, quemadmodum adscensio vi-
sibilis, et reditus visibilis conjungunt, Act 1 ii.

§.338. Terminus *à qvo* prope Bethaniam mons oliveti est, Act. I, 2. 12. Luc. XXIV, 50.

§. 389. Terminus *per qvem* est cœlum tùm aëreum, per qvod elevatus Redemtor est, qvoad nubes eum susciperet, Act. I, 9. tùm sidereum, Hebr. IV, 14.

§. 390. Terminus *ad qvem* est τῶν beatorum Luc. XXIII, 43.

§. 391. *Forma* ascensionis consistit non in disparitione, sed in vera realiqve loci mutatione, atqve in sublime elevatione.

§. 392. Specialiùs consideratur modus ascensionis (1) ratione termini *à qvo;* & sic facta illa est per motionem localem, non secundùm motum corporis naturalis, qvod deorsum fertur naturâ, sed spiritualis, per œconomiam tamen visibilem & localem motum voluntariè assumentis, usqve dum nubes visum terminaret.

§. 393. (2) Ratione termini *per qvem*; atqve sic translatio facta est etiam per cœlum sidereum, Ebr. IV, 14. VII, 26. Ubi si motu locali & successivo ac physico eum ascendisse statuamus, ne nunc qvidem Christus in cœlum venisset.

§. 394. (3) Ratione termini *ad qvem*, qvem diximus τῶν beatorum esse; qvod qvùm locus non sit, idcirco nec localis in illud fit transitus.

§. 395. *Finis* & effectus est reseratio clausi paradisi, Apoc. III, 7. & permanentis in cœlo habitationis comparatio, Joh. XIV, 2.

§. 396. Est itaqve Ascensio hæc *tertius exaltationis gradus, qvo Θεάνθρωπος ad dextram majestatis Divinæ jamjam evehendus, ex monte oliveti visibiliter in altum sublatus, & cœli aspectabilibus penetratis, ipsum beatorum τόπον ingressus gloriosè est, ut reseraret nobis clausum paradisum; & permanentem in cœlo habitationem compararet.*

DE SESSIONE AD DEXTRAM DEI.

§. 397. *Dextra* h. l. non accipitur ἀνθρωπικῶς pro membro corporeo; sed θεοπρεπῶς; & sic non notat circumscriptum ac creatum æternæ beatitudinis τόπον, sed virtutem, potentiam & majestatem verè & merè Divinam, Matth. XXVI, 64. Luc. XXII, 69. Hebr. I, 3. 8. 13. Ps. CX, 1. seqq.

§. 398. *Sedere* hic itidem merè Divinum, adeoqve non locale & finitum est, sed infinitum dominium importat, Eph. I, 20. 21. 22. 23. IV, 10. Heb. II, 8. 1. Cor. XV, 27.

§. 399. Accipitur porrò sessio ista h. l. non *complexè*, prout est actus officialis regius; qvomodo utraqve natura ad eum concurrit; sed *strictè*, ut est affectio humanitati propria.

§. 400. *Subjectum Qvod* est λόγος ἐνσαρκος: *Qvo* Natura Humana, Phil. II, 9. Apoc. V, 9. 12. 13.

§. 401. *Causa* sessionis hujus *efficiens* est tota S. Sancta Trinitas; *Pater*, Ps. CX, 1. Joh. XVII, 5. Eph.

Sicut Dextera apud plerosq gentes denotat locū honoris,
Ita p analogiam Xtus salvator supremū locum occu-
passe p hanc expressionem dr..

d. r

Rom VIII. 34.33. Wer will die auserwelten
gottes beschuldig, es ist hie, der Gerecht machet wer will etc.
Er hat sich gesetzt zu der rechten der Maiestät in d höhe
Eph. 1. 30 31.33. Gott hat Xstū von d todten auferwecket
und hat ihn gesetzet zu seiner rechten im himmel

Eph. I,20. *Filius*, Pſ. CX,1. Joh. V, 19. & *Spiritus Sanctus*, 1. Joh. V,7.

§. 402. *Forma* conſiſtit in plenario ac inceſſanti, Divinæ atqve infinitæ virtutis, in primo conceptionis momento qvoad poſſeſſionem carni Chriſti communicatæ, dominio, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, potenter, gratioſè & glorioſè ſe exerente.

§. 403. *Terminus* hujus ſeſſionis duplex eſt, *à qvo*, & ad *qvem*.

§. 404. Terminus *à qvo* non eſt æternitas, nec creaturarum principium, nec primum unicnis hypoſtaticæ momentum; ſed cœpit ea demum poſt ἀνάληψιν humanitatis in cœlum; qvem ordinem monſtrat verbum revelatum, Matth. XXVI, 64. Marc. XVI, 19. Luc. XXII, 69. Eph. I,20. Hebr. I,3.

§. 405. Terminus *ad qvem* eſt ipſa æternitas, 2. Sam. VII,12. Dan. VII,14. Luc. I,33.

§. 406. *Finis* & effectus ſeſſionis hujus eſt religioſa atqve univerſalis Chriſti ſecundùm naturam exaltatam veneratio, Phil. II,10.11. noſtri in throno Chriſti confeſſio Matth. XIX, 28. Eph. II, 6. Apoc. III,21. interpellatio Chriſti pro nobis apud Patrem, Rom. IIX,34. influxus gratioſus à Chriſto capite in membra myſtica, Eph. I, 22. 23. IV,10. ſeqq. V,23. 27. 29. 30. potentiſſima noſtri protectio ac defenſio, Pſ. II, 9. 12. CX,2. Dan. X,21. Apoc. XII,6. ſeqq. omnimoda hoſtium ſubjugatio, Pſ. CX, 1. 5. 6. &c.

§. 407. Est itaqve sessio ad dextram *quartus & ultimus exaltationis gradus, quo secundum assumtam Humanitatem virtute vere Divinâ ac infinitâ, in primo unionis personalis momento carni assumtæ realiter communicatâ, super omnia manuum Dei opera, in regno potentiæ, gratiæ & gloriæ, plenario, incessanti ac nunqvam interrumpendo imperio regnat in nominis sui laudem & Ecclesiæ afflictæ solatium ac salutem.*

DE REDEMTIONE.

§. 408. Consideravimus hactenus Redemtorem qvoad ejus nomen, personam, officium, status. Seqvitur nunc ipsa *Redemtio*.

§. 409. *Redemtio* est vi vocis nova seu iterata emtio, & rei alienatæ pro certo pretio receptio.

§. 410. In codice Hebræo V. T. גְּאֻלָּה dicitur, Lev. XXV, 24. 26. 29. 31. 32. 48. 51. 52. à rad. גָּאַל redemit, liberavit: item פְּרוּת Psal. CXI, 9. & פְּרִיּוֹן Ex. XXI, 30. Psal. XLIX, 9 à rad. פָּרָה redemit, liberavit, à discrimine, angustia vel captivitate.

§. 411. In codice Græco N. T. vocatur λύτρωσις, Luc. I, 68. II, 38. Hebr. IX, 12. ἀπολύτρωσις, Luc. XXI, 28. Rom. III, 24. IIX, 23. 1. Cor. I, 30. Eph. I, 7. 14. IV, 30. Col. I, 14. Hebr. IX, 15. XI, 35. ἀγόρασις, 2. Petr. II, 1. Apoc. V, 9. XIV, 3. 4. ἐξαγορασμὸς Gal. III, 13. IV, 5.

§. 412. Sumitur porrò vox redemtionis vel *propriè* vel *impropriè*.

§ 413.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0376
DFG

§. 413. *Improprie* accipitur pro qvavis, etiam *simplici* & citra pretii interventum factâ liberatione: Ita sumitur verbum גָּאַל Psl. CVII, 2. Exod. XV, 13. Psl. LXXIV, 2. Ex. VI, 6. Psl. LXIX, 16. CVI, 10. Mich. IV, 10. & verbum פָּרָה Psl. LIV, 9. Hiob. V, 20. Psal. LXXIIX, 42. Mich. VI, 4. Jer XV, 21. Deut. XIII, 5. &c. item Græcum λυτρόω, Luc. XXIV, 21. λυτρωτής, Act VII, 35. ἀπολύτρωσις, Luc XXI, 28. Rom. IIX, 23. Eph. IV, 30. Hebr. XI, 35. Sic ἐξαγοράζω metaphoricè usurpatur de temporis seu occasionis oblatæ, usu prudenti, Eph. V, 16. Col. IV, 5.

§. 414. In significatu *proprio* voces hæ notant liberationem per interveniens pretium. Ita nomen גְּאֻלָּה vel in unico XXV. cap. Levit. octies accipitur, & verbum גָּאַל omnium freqventissimè, cujus emphasis præ cæteris notabilis est, qvia non tantùm redemtionem, sed & obligationem ad redimendum, ex consangvinitate ortam, designat. Inde גֹּאֵל est, qvæ vox eum significat, qvi jure propinqvitatis potestatem redimendi habet. Conf. Num. XXXV, 12. Lev. XXV, 29. 33. Ruth. III, 9. 12. 13. IV, 1. 3. 6. 14. Accipitur etiam simpliciter pro propinqvo vel cognato, 1. Reg. XVI, 11.

§. 415. In significatu redimendi per interpositum lytrum etiam occurrunt verba פָּרָה Exod. XIII, 13. 15. XXXIV, 20. Num. XIIX, 15. Ex. XXI, 8 Lev XIX, 20. Psl. XLIX, 8. 9. 16. Osl. IIX, 14. &

ἀγοράζειν; item ἐξαγοράζειν, ll. suprà all. In nostra hac tractatione sumitur *propriè*, pro nostri ex captivitate spirituali redemtione pretiosa.

§ 416. Porrò in hac redemtione consideranda nobis erunt I. Captivus. II. Captivum detinens. III. Detentum redimens. IV. Redemtionis medium. V. Forma & modus. VI. Finis. VII. Affectiones. IIX. Descriptio.

§. 417. *Captivus redimendus* est universum genus humanum, ob delictum non pecuniarium, sed criminale, adversus sacro-sanctam Dei majestatem commissum, æternis carceribus mancipandum.

§. 418. *Captivum detinens* est vel Dominus supremus & legitimus, idemqve judex justissimus, Deus scilicet, cui soli oportebat solvi lytrum, qvia solus is atrociſſimo læsæ majestatis crimine læsus erat; solus insuper perdendi & dimittendi è carcere reum potestatem habet, Matth. X, 28. vel minister carceris, idemqve Tyrannus, diabolus nempe, cui proinde nulla debebatur satisfactio, sed sumendum potiùs de eo cæu homicida supplicium erat à Goële.

§. 419. *Detentum redimens* Christus Θεάνθρωπος est. Uti verò in omni Redemtore inter alia etiam tria hæc notanda, jus, vires & voluntas redimendi; ita eadem non minùs in nostro Redemtore occurrunt: *Jus*, qvia Goël noster & consangvineus; *Vires*, qvia Immanuel erat & Θεάνθρωπος: à fra-

Conf: 230

ad unitatem omnis cãæ sociæ exclusivam conf: §. 422.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0380
DFG

fratre enim, qvi φιλὸς ἀνθρώπου, non expectari poterat λύτρωσις, Pſ. XLIX, 8. 9. *Voluntas:* eò enim cogebant ipſum σπλάγχνα ἐλέους, Luc. I, 78. *ut fratrem*, cui impoſſibile erat, non compati vinctis in lacu fratribus: *ut DEUM*, qvi ipſa bonitas, charitas ac miſericordia eſt. Conf. etiam Pſ. XL, 7. 8.

§. 420. *Medium redemtionis* eſt pretium vicarium totius Redemtoris obedientiæ, tàm *pœnalis*, Matth. XXVI, 28. Act. XX, 28. Hebr. IX, 12. 14. 22. 1. Pet. I, 19. 1. Joh. I, 7. Apoc. V, 9. Matth. XX, 28. Marc. X, 45. Joh. VI, 51. Rom. IIX, 32. Gal. II, 20. Eph. V, 2. 1. Tim. II, 6. Heb. IX, 15. 28. X, 10. 14. 1. Petr. II, 24. qvàm *non pœnalis*, Matth. V, 17. 18. Rom. 18. 19. IIX, 3. 4. X, 4. Gal. IV, 4. 5.

§. 421. *Forma* & modus conſiſtit in ſatisfactoria ab ira Dei, Legis maledictione, Peccato, Diabolo, morte & inferno liberatione.

§. 422. *Finis* ex parte Dei, glorioſæ ejus ſapientiæ, juſtitiæ & miſericordiæ demonſtratio; ex parte hominum, eorum libertas & ſalus æterna eſt.

§. 423. *Affectiones* Redemtionis hujus ſunt (I) Unitas omnis cauſæ ſociæ excluſiva, Hebr. IX, 12. 26. 28. X, 10. 19. Eſ. LXIII, 3. 1. Tim. II, 5. (II.) Perfectio infinita, Hebr. X, 12. 14. (III) Univerſalitas, Eſa. LIII, 6. Joh. I, 29. 36. IV, 42. VI, 51. XII, 47. Matth. XIIX, 11. Luc. XIX, 10. Rom. V, 18. 19. 2. Cor. V, 14. 15. 19. 1. Tim. II, 6. IV, 10. Heb. II, 9. 2. Petr. II, 1. 1. Joh. II, 2. IV, 14.

§. 424. Est itaq; Redemtio hæc *alterum salutis nostræ Principium, qvô Goël noster in æterno Sacrosanctæ Trinitatis Consilio Redemtor ordinatus, in temporis plenitudine secundùm utramq; naturam genus humanum, spiritualiter captivum, soluto pro universis & singulis consummatissimæ obedientiæ lytro, ab irâ DEI, legis maledictione, peccato, Diabolo, morte & inferno liberavit, ut hac ratione in libertatem asserti, æternùm cum ipso viveremus.*

DE GRATIA SPIRITUS SANCTI APPLICATRICE.

§. 425. Actum hactenus de fraterna JESU CHRISTI *redemtione*: seqvitur *gratia Spiritus Sancti applicatrix*, qvæ est tertium salutis nostræ principium, circa bona humano generi benignissimâ Dei voluntate destinatâ, & fraterna Jesu Christi redemtione acqvisita, nobis offerenda & applicanda occupatum.

§. 426. Actus ejus præcipui sunt gratiosa vocatio, regeneratio, conversio, unio credentium mystica cum DEO, renovatio.

DE VOCATIONE.

§. 427. Vocatio sumitur vel *latè*, vel *strictè*.

§. 428. *Latè* sumta etiam includit vocationem indirectam, qvæ fit tùm intuitu hujus universi, ejusdemqve administrationis, & Divinæ in creaturas beneficentiæ; Rom. I, 20. II, 14. 15. Act. XVII, 27. tùm per famam generalem & confusam de

cœtu

Gott hat uns seelig gemacht etc.

vocatio indirecta est, qua Deus homines
extra ecclesiam veram constitutos per notitiam
sui naturalem impellit ad inquirendam ~~hanc~~
veram ~~hanc~~ ecclesiam verumque Dei cultum.
de qua vocatione agit Act: XVII. 27. [illegible]
[illegible] sollen, ob sie ihn doch fühlen und [illegible]
[illegible], u. zwar er ist nicht ferne von einem
jeglichen unter uns

Immediata.

vocatio directa est, quae Deus hoies infideles
per verbum suum ad ecclesiam fidelium, conversi
onem et salutem allicit. de hac agit Act: XVIII
30. und zwar hat gott die zeit der unwissenheit
übersehen, nun aber gebeut er allen menschen
an allen enden buße zu thun.

und der H. Sprach zu Abraham gehe aus dein
Vaterlande und von deiner freundschaft, und aus
deines vaters hause in ein land das ich dir zeigen will
und er fiel auff die erden und hörete eine stimme
die sprach zu ihm: Saul: Saul! was verfolgest du mich

cœtu qvodam, in qvo dicitur agnosci & coli solus verus DEUS, 1. Reg X, 1. seqq 2 Reg V, 2. 3. 1. Thess. I, 8. Rom. I, 8.

§. 429. Atqve hæ modò recensitæ vocationis species, qvia pro fine proximo & immediato non agnoscunt ipsam hominis salutem externam, sed saltem adductionem ad Ecclesiam, magis *invitamenta* qvædam sunt ad inqvirendum de vero Dei cultu, & cœtu, in qvo ille viget, qvàm vocatio propriè sic dicta.

§. 430. *Strictè* accipitur terminus, prout significat vocationem directam & propriè sic dictam, à qvo salutaris conversio incipit: qvæ significatio propriè hujus loci est.

§. 431. Atqve sic porrò vocatio alia *ordinaria* est, qvæ fit per externam verbi concionem, ordinariâ ministerii operâ: alia *extraordinaria* & specialis, qvæ fit citra ordinarium verbi ministerium, cujusmodi fuit vocatio Abrahami, Genes. XII, 1. item Magorum, Matth. II, 1. seqq. Latronis, Luc. XXIII, 43. Pauli Act. IX, 3. 4. Hoc loco intelligitur ordinaria.

§. 432. *Causa efficiens* vocationis *absolutè* spectatæ est tota Sacro-sancta Trinitas; *relatè* verò & cum observato ordine ac discrimine personarum Divinarum consideratæ, Spiritus Sanctus, utpote per qvem Pater & Filius istud gratiæ Divinæ opus perficiunt.

§ 433 *Causa impellens* ac movens *interna* est sola Dei misericordia, innixa Christi JESU meri-

to. 2. Tim. I, 9. *externa*, extrema hominum miseria.

§. 434. *Causa ministerialis* est vel ordinarius verbi minister; vel extra ordinem qvandoqve qvivis alius, qvacunqve is intentione ad verbi annunciationem accesserit, 2. Reg. V, 2. 3. Marc. IX, 38. 39. Phil. I, 15. seqq. Jac. V, v. ult.

§. 435. *Causa organica* est externa Verbi prædicatio, ex Dei ordinatione ac seria ejusdem intentione semper efficax, Rom. I, 16. Esa. LV, 10. 11. 1. Tim. II, 4. 5. 2. Petr. III, 9.

§. 436. *Forma* consistit in seria atqve ex Dei intentione semper sufficiente, semperqve efficaci voluntatis Divinæ manifestatione, ac beneficiorum per Christum acqvisitorum oblatione.

§. 437. *Finis* hominum æterna salus est.

§. 438. *Objectum* tùm ratione Divinæ intentionis, tùm ratione aliqvoties factæ executionis, omnes in universum homines sunt.

§. 439. Facta autem solenniter est universalis hæc vocatio tribus distinctis vicibus, temporibus nempe protoplastorum lapsorum, Gen. III, 8. 9. 15. Noachi post diluvium, Gen. IX, 9. 2 Petr. II, 5. & Apostolorum; Marc. XVI, 15. 20. Rom. X, 18. Col. I, 6. 23. qvæ trina vocatio non tantùm fertur in præsentes, seu eos, qvibus immediatè facta est, sed pertinet etiam ad posteros. Conf. Deut. I, 6. IV, 11. Gen. XVII, 7. 10.

§. 440. Qvod DEUS non omni tempore

omnes

Der uns hat seelig gemacht und beruffen
mit einem heil. Ruff nicht nach unsern werken
sondern nach seinem fürsatz und gnade die
uns gegeben ist in Xsto Jesu vor der zeit d' welt.
Johannes sprach: Meister wir sahen einen der
trieb teuffel aus in deinem Namen welcher
uns nicht nachfolgete, und wir verbothen es
ihm darumb daß er uns nicht nachfolgete, Jesus
aber sprach: Ihr solt es ihm nicht verbietz.

Idem finis est vocationis, quam per Evangelii
per evangelium n. intendit fides, et per fidem aeter-
na salus, causa n. causae est in causa causati.
parq est finis vocationis.

Ich sage aber: haben sie es o gehöret? zwar es
ist in alle land ausgegangen ihr schall, und
in alle welt ihre worte.
Siehe ich richte mit euch einen bund auff,
und mit euer saam nach euch.

Wer hat des Herren Sinn erkandt, oder etc.
fatendum quoq est: Deum quaedam circa ordinem
modum, tempus, et gradus vocationis ex absoluta
voluntate agere.

Brevius describitur p invitaiōem divinā
oium hoium peccatorū mediante verbo
p fidem in Xstū, ad vitam aeternam.

omnes gentes, omniaqve ac singula individua per Verbi prædicationem actu vocat, aut nobile depositum, semel juste ablatum, non restituit, nihil præjudicat universali Dei gratiæ ac benevolæ voluntati erga omnes & singulos homines.

§. 441. Sed non diffiteri possumus, stante benevola Dei voluntate de salvandis per fidem in Christum omnibus, stante catholico Christi merito, eidemqve innixa intercessione Mediatoriâ pro omnibus omninò hominibus, esse qvædam in mediorum salutis dispensatione inter æqvales sæpè inæqvalia, arcano ac imperveſtigabili Dei judicio committenda, Rom. XI, 33.

§. 442. Descriptio vocationis hæc est: *Vocatio est actus gratiæ applicatricis Spiritus Sancti, qvo is benignissimam DEI erga universum genus humanum lapsum voluntatem per externam Verbi prædicationem, in se semper sufficientem ac efficacem, manifestat, & bona per Redemtoris meritum parta omnibus in universum hominibus offert, eâ seria intentione, ut omnes per Christum salvi fiant, & æternâ vitâ donentur.*

DE REGENERATIONE.

§. 443. Regeneratio vi vocis importat *novam* seu *iteratam generationem.*

§. 444. Significat autem terminus hic in Theologia vel *renascentiam* ad vitam illam gloriosam alterius & melioris seculi, Matth. XIX, 28. vel *regenerationem* ad vitam gratiæ seu spiritualem.

§. 445.

§. 445. Et sic accipitur vel *latè*, vel *strictè*.

§. 446. *Latè* sumitur pro restitutione vitæ spiritualis in genere; qvomodo terminus regenerationis à qvo est mors peccati in tota sua latitudine accepta, prout omnium omnino virium spiritualium, credendi juxta ac operandi carentiam, unà cum dominio & reatu peccati importat. Atqve hac ratione regeneratio etiam justificationem, & subseqventem renovationem sub se comprehendit. Qvo sensu etiam usurpavit vocem Formula Concordiæ *p. 686.* Chemnitius *Harm. Evang. c. 28.*

§. 447. *Strictè* accipitur vel pro remissione peccatorum seu justificatione; in qvo usu sæpè multumqve in Apologia Confessionis poni Formula Concordiæ dicit, *l. cit.* vel pro renovatione; qvomodo à B. Luthero passim sumi ibidem ostenditur: Vel pro *collatione virium credendi*: qvæ significatio magis propria & hujus loci est.

§ 448. Atqve in hoc ultimo significatu sumitur vel *activè* & transitivè, qvatenus notat ipsam Dei operationem gloriosam, homini in peccatis mortuo vitam spiritualem largientem: vel *passivè*, pro spirituali mutatione in ipso homine. Prior potissimùm hic attenditur.

§. 449. Porro regeneratio est vel *ordinaria*, qvæ fit per verbum & Sacramenta; vel *extraordinaria*, qvæ sine externis illis mediis fit; qvalis est regeneratio infantum Christianorum, qvi ante bapti-

Eam obcaam renovationem et regenera-
tionem accuratius ab invicem distingui-
mus, u qu ut separemur a Pontificiis et
Fanaticis et Pietistis Duos hos actus
gratiae ab invicem immerito distinguen-
tibus et inter se confundentibus.
Cum n. pari modo regenerationem et renova-
tionem confunderemus. denique resultaret
thesis Pontificiorum, p bona opa justifica-
mur.

Sicuti actio et passio uti in Logicis osten-
sum realiter non differunt, quatenus n.
ab uno aliquid proficiscitur, dr actio
quatenus v. ab alio determinatur, dr pas-
sio, ita m regeneratio activa et passiva
non multum differunt, licet regeneratio
passive sic dicta in Theologia magis ptractata
dicatur quam activa.
Regeneratio activa extraordinaria

II.5.

Eph[illegible]: Denn da wirtadt waren in sünd
hat er uns sambt Xstolebendig gemacht,
denn aus gnaden seyd ihr seelig worden.
Col. II.13. Und hat euch auch mit ihm lebendig
gemacht, da ihr tadt waret in sünden, und
vorhaut eures fleisches, und hat uns geschen
ket alle sünde.

baptismum perceptum moriuntur. Non hæc, sed illa hujus loci est.

§. 450. Vocatur alias *Vivificatio*, Eph. II, 5. Col. II, 13. qvæ vox vel *latè* sumitur, prout justificationem & renovationem includit: vel *strictè*, prout notat collationem virium supernaturalium, per qvas spiritualiter vivere incipimus. Et sic coincidit cum regeneratione & conversione.

§. 451. Dicitur etiam *Conversio*, qvæ tamen cum termino regenerationis non prorsus coincidit. Differunt enim hæc duo (1) *ratione subjectorum*. Regeneratio enim adultorum & infantum; Conversio verò adultorum saltem est, qvùm infantes non dicantur propriè converti. (2) *ratione mediorum*. Regeneratio fit per verbum & Sacramenta; Conversio per verbum solum.

§. 452. *Subjectum* regenerationis est vel *Qvod*, vel *Qvo*.

§. 453. Subjectum *Qvod* est totus homo in peccatis mortuus, Joh. III, 5. 6. Eph. II, 5.

§. 454. Subjectum *Qvo* est vel *remotum*, vel *proximum*.

§. 455. *Remotum* anima est; *proximum* tùm intellectus, tùm voluntas; appetitus verò sensitivus, in qvantum rectificandus, propriè subjectum regenerationis, prout nos eam hîc consideramus, non est: pertinet siqvidem ejus mutatio potius ad renovationem seu sanctificationem.

§. 456.

§. 456. *Causa efficiens* est vel *movens*, vel *agens* seu operans.

§. 457. *Movens* alia *interna*, alia *externa* est.

§. 458. *Interna* pura puta Dei gratia & misericordia est, Eph. II, 4. 5. 7. 1. Petr. I, 3.

§. 459. *Externa* est Christi meritum & ei innixa intercessio mediatoria, 2. Tim. I, 9. Joh. I, 17. 1. Cor. I, 4. 1. Tim. II, 5. Esa. LIII, 12. 1. Joh. II, 1, 2.

§. 460. Causa *operans* est vel *principalis*, vel *minus principalis*.

§. 461. *Principalis* est tota SS. Trinitas; *appropriativè* verò & terminativè Spiritus Sanctus Joh. III, 5. 1. Cor. VI, 11.

§. 462. Causa *minùs principalis* alia *organica* seu instrumentalis, alia *ministerialis* est.

§. 463. *Organica* sunt Verbum & Sacramenta, Jac. I, 18. 1. Petr. I, 23. Joh. III, 5. Tit. III, 5.

§. 464. *Ministerialis* sunt verbi Divini præcones & sacrorum mysteriorum Dispensatores, à coinfluentia in nostri regenerationem Patres nostri spirituales dicti, 1. Cor. IV, 15. Gal. IV, 19.

§. 465. *Terminus* regenerationis est vel *à quo*, vel *ad quem*.

§. 466. Terminus *à quo* in genere est *mors peccati*, non tamen ὁλικῶς sumta, prout præter privationem virium credendi, etiam carentiam virium sanctè vivendi, unà cum dominio & reatu peccati importat; sed μερικῶς spectata, in qvantum

tum dicit absentiam virium objectum justificum salutariter agnoscendi & amplectendi.

§. 467. In specie ex parte *intellectus* terminus *à quo* est ingens illa cœcitas & ἀδυναμία omnimoda ad salutariter agnoscendum objectum salvificum, Eph. V, 8. Joh. I, 5. 1. Cor. II, 14. Ex parte *voluntatis* par impotentia amplectendi salutariter oblatum in Evangelio bonum. Rom. IIX, 7.

§. 468. Terminus *ad qvem* generatim loqvendo, vita spiritualis est, non *totaliter* spectata, prout præter adeptionem virium credendi immunitatem à dominio & reatu peccati includit; sed *partialiter* sumta, in qvantum collatas vires supernaturales ad credendum notat.

§. 469. In specie ex parte *intellectus* est tum spiritualis mentis capacitas ad salutariter agnoscendum objectum salvificum; tum actualis & salvifica ejusdem agnitio; Ex parte *voluntatis* cordis in bono agnito recumbentia fiducialis.

§. 470. *Forma* regenerationis consistit in spiritualis vitæ hactenus expositæ largitione; & qvidem (1) successivâ (2) efficaci; non tamen (3) irresistibili, sed resistibili.

§. 471. *Finis* est tum regeneratorum in filios Dei adoptio, tùm adoptatorum salus æterna.

§. 472. Definitio hæc est: *Regeneratio est actus gratiæ Spiritus S. applicatricis, qvo is unà cum Patre & Filio ex mera gratia, in Christi merito fundata, homini*

homini in peccatis mortuo, vires surgendi è morte spirituali, ad vitam fidei largitur, ut in filium DEI adoptatus æternùm cum DEO vivat.

§. 473. *Affectiones* sunt: continuatio & adauctio, amissibilitas, reiterabilitas, imperfectio ex parte recipientis.

DE CONVERSIONE.

§. 474. Dicitur conversio *à convertendo*; qvia in ea fit conversio ab infidelitate, tanqvam termino à qvo, ad fidem, ceu terminum ad qvem.

§. 475. Consideratur illa vel *ratione subjectorum*, vel *ratione sui*.

§. 476. Ratione *subjectorum* spectata, conversio alia *prima* & in fidelium seu non-renatorum: Ps. XXII, 28. Act. IX, 35. XI, 21. XIV, 15. XXVI, 18. 1. Thess. I, 9. alia *continuata* & renatorum stantium; Jer. XXXI, 18. 19. Thren. V, 21. Ps. LI, 17. alia *reiterata* & renatorum lapsorum, ac vicissim ad saniorem mentem redeuntium est, Devt. XXX, 2. Jer. III, 7. 12. 13. Ez XIIX, 30. 32. XXXIII, 11. Joël. II, 12. 13. Matth XIII, 5. Marc. IV, 2. Joh. XII, 25. Prima acceptio hujus loci est.

§. 477. *Ratione sui* considerata conversio accipitur vel *latè*, prout non tantùm aliqvam translationem ex peccati statu in statum fidei, sed etiam justificationem ac renovationem, nec non hujus continuationem, ad qvam renatus activè concurrit, ambitu suo complectitur, Act. XXVI,

Form.Conc.*p.* 656.675. Vel *stricte*, prout justificationi & renovationi contradistingvitur; qvô sensu etiam nobis hic venit.

§. 478. Atqve sic sumitur vel *activè* seu transitivè, qvatenus notat ipsam Spiritus Sancti operationem gratiosam, hominem non-renatum ab infidelitate ad fidem convertentem; Jer.XXXI,18. Thren. V,21. Act.XV.21. XXVI,18. qvæ significatio propriè hujus loci est: Vel *passivè*, pro spirituali mutatione in ipso hominis intellectu & voluntate, Thren.V,21. Jer.XXXI,18.19.Ezech.XIIX,30. 32. XXXIII,11 Joël.II,12. Jer.III,12.13.

§.479. Deniqve conversio modò *ordinariam*, modò *extraordinariam* hominis non regeniti immutationem notat.

§.480. *Extraordinaria* conversio est subitanea Dei actio, qvâ is pro libera sua voluntate & infinita sapientiâ hunc vel illum singulari & miraculosâ methodo, citra ordinarium verbi ministerium, vel verbô suô immediatè à se ipso, sive sine, sive cum miraculis & signis prolatô; vel verbô per ministrum eqvidem annunciato, at miraculis & signis certis stipato, vel alio qvôdam inusitatô modô, potentiâ tamen non simpliciter irresistibili, convertit; qvomodo conversi sunt Abraham, Gen.XII,1. Jos XXIV,2.3. Magi, Matth.II,1. seqq. Latro in cruce, Luc.XXIII.42. Paulus, Act.IX,3.4.

§.481. *Ordinaria* est, qvæ fit per Verbi annunciationem more modoqve usitatô. Et hæc in præsenti nobis explicanda venit.

§.482. *Synonyma* Conversionis sunt *Vivificatio*, Eph.II,5.6. *Regeneratio* 1.Pet.I,3. *Cordis novi creatio*, Ps.LI,12. Ez. XXXVI,26. item *Pœnitentia*, qvæ tamen conversionem non propriè & à priori, sed improprie & ab effectu consequente descriptam respicit: seqvitur enim pœnitentia conversionem in actu jam constitutam ceu immediatus ejus effectus.

§.483. *Causa efficiens* conversionis alia *movens*, alia *agens* est.

§.484. Movens alia *interna*, alia *externa* est.

§.485. *Interna* est pura puta Dei gratia, Ep.II, 4.5.7. 1.Pet.I,3. Tit. III,5.

§.486. *Externa* meritum Christi, 2.Tim.I,9. Joh.I,17. 1.Cor.I,4.

§.487. Causa *agens* est vel *principalis*, vel *minus principalis*.

§.488. *Principalis* est tota Sacro-Sancta Trinitas; *terminativè* Spiritus Sanctus, Ez.XXXVI,27. Joh. III,5. 1.Cor.VI,11.XII,3. Tit.III,5. qvi ita cum Patre & Filio in opus conversionis nostræ influit, ut per modum causæ solitariæ & totalis se habeat, omni naturalium hominis virium cooperatione exclusâ, Devt.XXIX,4.XXX,6. Jer. XXXI,18. Ezech.XI,19. XXXVI,26. Ephes.II, 5.6. V,14.

§.489. *Minus principalis* alia *organica* seu instrumentalis, alia *ministerialis* est.

§.490.

Conversio recte dici miraculum confirmat Bülffingeri Dilucid: p. 224. Seqventi modo: Illud dr miraculum, quod est supra vires naturae. qua ex definitione format syllogismum seq. Aut opaiones infidelibus spirituales sunt supra vires naturae, aut non si prius sint miracula, si secundum adest pelagianismus concedimus totum argumentum, quod nimirum respectu naturae miraculum sit.

An Rōo plane nihil conferat ad suam conversionem, quando quaeritur, R. neg: quoniam inter hoium [illegible] vires et spiritum sanctum ordinariam conversionis causam, nulla prorsus proportio.

§. 490. *Organica* est Verbum Dei, 1. Cor. I, 11. Rom. I, 16. 1. Pet. I, 23. vel qvoad particulam, aliqvam de Christo doctrinam continentem, & respectu certi & determinati temporis suô modo sufficientem, vel qvoad totum qvocunqve modô perceptum Phil. I, 15. seqq.

§. 491. Vis *effectiva*, qvam verbo DEI in producendo conversionis effectu tribuimus, verè divina est, Rom. I, 16. nec differt qvoad rem à virtute, qvæ Spiritus Sancti operantis in cordibus hominum est, qvanqvam disparitas sit in *modo habendi* hanc vim, utpote qvæ Spiritui Sancto *ex se & à se*, ceu causæ principali; Verbo autem *participative*, ut causæ organicæ, competit.

§. 492. Porrò uti eadem numero vis conversiva est Verbi & Spiritus Sancti; ita eadem numerô utriusqve actio conversiva est. Neqve enim seorsim agit DEUS sine Verbo, vel Verbum seorsim sine DEO, sed DEUS agit cum Verbo, per Verbum, & Verbum operatur cum DEO ex vi divinitus indita.

§. 493. *Ministerialis* causa Verbi Divini præcones sunt, vel ordinariè ad hoc munus deputati, 1. Cor. III, 9. IX, 22. 1. Tim. IV, 16. 1. Cor. IV, 15. Gal. IV, 19. vel qvivis alii extra ordinem verbum salutis annunciantes, 2. Reg. V, 2. 3. Jac. V, ult.

§. 494. *Subjectum* Conversionis est vel *Qvod* vel *Qvo*.

§. 495. *Subjectum Qvod* est homo adultus spiritualiter mortuus.

§. 496. *Subjectum Qvo* est intellectus & voluntas hominis : appetitus verò sensitivus, in qvantum rectificandus, potius renovationis subjectum est : conversioni tamen & regenerationi etiam subjacet, in qvantum dolor de admissis peccatis fidem antegrediens, per conversionis gratiam in eum introducendus est.

§. 497. *Terminus* conversionis est vel *à qvo*, vel *ad qvem*.

§. 498. Terminus *à qvo in genere* status peccati est, Ephes. II, 1. seqq. & qvidem non totaliter spectatus, prout etiam reatum & dominium peccati includit ; sed partialiter sumtus, in qvantum dicit virium redeundi per pœnitentiam ad Deum carentiam, cum pravitate oppositа conjunctam.

§. 499. In *specie* ex parte *intellectûs* terminus à qvo est ingens illa cœcitas, tùm circa morbum animæ, peccatum scilicet : tùm circa oppositum malo pharmacum salutariter agnoscendum, Ephes. V, 8. Joh. I, 5. Ex parte *voluntatis* impotentia apprehendendi verâ fide bonum justificum & salvificum. Rom. IIX. 7. Ex parte *appetitus sensitivi*, ἀναισθησία peccati seu carentia sensus mali, in qvo mortui jacemus. Ephes. II, 1.5.

§. 500. Terminus *ad qvem in genere* status fidei est, non ὁλικῶς spectatus, qvatenus immunitatem


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0406
DFG

tem à reatu & dominio peccati includit : Sed μερικῶς consideratus, prout collationem virium supernaturalium ad conversionis productionem requisitarum designat.

§. 501. In *specie* ex parte intellectus terminus ad quem est peccati & huic oppositæ medicinæ agnitio salutaris: ex parte voluntatis, cordis ad Christi meritum cruentum fiducialis reflexio; ex parte appetitus sensitivi, compunctio cordis & odium peccati.

§. 502. *Forma* conversionis consistit in prima hominis irregeniti è statu peccati in statum fidei translatione.

§. 503. Fit hæc (1) *successivè* Marc. IV, 27. 28. indeque habet suos gradus, in quibus numerandis & nominandis admodum variant Doctores.

§. 504. Nobis *primus* gradus est & dicitur *Gratiæ incipientis*, quæ est universalis Divinæ affectionis dispensatio, quâ Spiritus Sanctus homini irregenito ipsum objectum salvificum, mediante Verbo, quocunque modo proponit, sicque inidoneitatem & incapacitatem connatam omnibus aufert. Dicitur aliàs hæc gratia *præveniens*, strictiùs sumtô terminô.

§. 505. *Secundus* gradus est *gratiæ præparantis*, quæ est universalis Divinæ affectionis dispensatio, quâ Spiritus Sanctus mediante Verbô tùm naturalem, tùm actualem, simplicem ac vincibi-

lem hominis irregeniti repugnantiam inhibet ac refrenat, ne fiat affectata & morosa.

§. 506. *Tertius* est *Gratiæ operantis*, qvæ est universalis Divinæ affectionis dispensatio, qvâ Spiritus Sanctus in homine externam & literalem credendorum notitiam cum assensu historico, viresqve supernaturales agnoscendi peccatum ex lege, assentiendi salutariter verbo Evangelii, & credendi in Christum, mediante verbô producit. Dicitur *gratia operans*, specialiùs sumtô vocabulo, qvia ipsa conversionem prioribus gratiæ actibus inchoatam porrò promovet, ita ut complemento suo fiat proximior.

§. 507. *Qvartus* est *Gratiæ excitantis*, qvæ est universalis Divinæ affectionis dispensatio, qvâ Spiritus Sanctus, mediante Verbô, mentem convertendi ad assensum Verbo Dei præbendum, voluntatem ad apprehensionem fiducialem objecti salvifici, & appetitum sensitivum ad compunctionem ob admissa peccata instigat ac movet, & propositum conversionis in eo efficit, Act. II, 57. Appellatur hæc gratia aliàs *Tractus*, Joh. VI, 44. & *Pulsus*, Apoc. III, 20.

§. 508. *Qvintus* est *Gratiæ perficientis*, qvæ est universalis Divinæ affectionis dispensatio, qvâ Spiritus Sanctus, mediante verbô, agnitionem peccati compunctionem cordis, atqve ipsum fidei actum in homine perficit ac producit. Dicitur à qvibusdam minùs rectè *Gratia inhabitans*: gratia

tia enim perficiens, si non tempore, tamen naturâ, fide, ceu effectu suo, prior est; at inhabitans fidem seqvitur.

§.509. Fit (2) illa ab infidelitate ad fidem traductio *vi supernaturali & Divinâ*, Eph. I, 17. 19. Phil. II, 13. Joh. XV, 4. 5. Col I, 12. 13. II. 12. 13. minimè verò *per svasionem moralem*, vires liberi arbitrii supponentem, & congruam ingenio eorum, qvos efficaciter trahere DEUS decrevit.

§.510. Fit (3) actione non *irresistibili*, sed *resistibili*, Prov. I, 24. Es. V, 1. 2. 4. LXV, 2. Ez. XII. 2. Matth. XXIII, 37. Luc. VII. 30. Joh. V, 40. 43. XII, 37. Act. VII, 51. XIII, 46 XXVI, 27. 29. Qvod ad *primos motus* à gratia præveniente excitatos attinet, sunt illi eqvidem *inevitabiles*, qvia non possunt impediri, ne oriantur; non tamen *irresistibiles*, qvia, ne radices agant, impediri, imò planè suffocari possunt. Conf. Luc. IV. 22. 28. Act. XXIV, 25. XXVI, 28.

§.511. *Finis* conversionis est vel *subordinatus*, vel *ultimus*.

§.512. *Subordinatus* seu intermedius est pœnitentia & peccatorum remissio.

§.513. *Ultimus* est vel *secundùm qvid*, vel *simpliciter talis*. *Ille* vita æterna & salus convertendorum, Ezech. XIIX, 21. 27. 28. 32. c. XXXIII, 11. Act. XII, 18. *hic* laus glorioſæ DEI gratiæ est, Eph. I, 6.

§.514. Est itaqve conversio *actus gratiæ Spiritus Sancti applicatricis, qvô is unà cum Patre & Filio ex pura puta gratia, in merito Christi fundata, per*

Verbum Divinum prædicatum, hominem adultum spiritualiter mortuum, ex statu peccati in statum fidei, successivè, vi quidem supernaturali & Divinâ, sed resistibili, transfert, ut pœnitentiam agens, per fidem remissionem peccatorum consequatur, & salutis æternæ fiat particeps.

DE POENITENTIA.

§. 515. Effectus Conversionis immediatus est *Conversio passiva*, cum ipsa pœnitentia connexa. De pœnitentia itaqve ut hîc agatur, ordo tractationis poscit.

§. 516. Pœnitentiæ vox propriè & proximè deducitur à *pœnitet*; estqve pœnitere etiam apud profanos autores idem ac pigere, pudere, dolore affici.

§. 517. Græcè μετάνοια dicitur, ἀπὸ τῦ μετανοεῖν, qvod est post factum sapere, cui opponitur προνοεῖν, antè mente percipere, animo providere.

§. 518. Homini tributa vox *pœnitentiæ* apud Theologos sumitur, vel pro conversione *transitivè* accepta, de qva in præcedentibus dictum; vel de conversionis, transitivè seu activè sumtæ, *effectu*: qvæ significatio hujus loci est.

§. 519. Atqve hoc modô iterum accipitur vel pro externis pœnitentiæ actibus & signis, 2. Paral. XXXIII, 12. vel pro internis motibus pœnitentiam constituentibus.

§. 520. Posteriori sensu sumitur vel ὁλικῶς, pro

pro toto resipiscentiæ actu, qvando scilicet effectus remissionis peccatorum & salutis, sive temporalis, sive æternæ ei tribuitur. Jerem. XIIX,8. Matth.IX,13. Luc. III,3. XXIV,47. Act.V,31. Vel μερικῶς, pro sola contritione, qvando nempe fides pœnitentiæ adjungitur, Marc.I,15. Act.XX, 21. Prior acceptio à nobis heîc attenditur.

§. 521. *Subjectum* pœnitentiæ est vel *Qvod*, vel *Qvo*.

§. 522. *Subjectum Qvod* est homo viribus supernaturalibus ad pœnitentiam eliciendam sufficientibus per conversionis gratiam instructus.

§. 523. *Subjectum Qvo* est vel *remotum*, vel *proximum*.

§. 524. *Remotum* anima est; *proximum* tùm intellectus, qvoad assensum Verbo Dei præbitum & agnitionem peccati ex lege: tùm voluntas, qvoad fiducialem apprehensionem meriti Christi: tum appetitus sensitivus; qvoad tristitiam & compunctionem cordis ex agnitione peccatorum ortam.

§. 525. *Causa efficiens* pœnitentiæ in homine est vel *principalis*, vel *minus principalis*.

§. 526. *Principalis* tota Sacro-Sancta Trinitas; *terminativè* autem Spiritus Sanctus est, 2.Cor.III, 8. 1.Cor.VI,11. XII,3.

§. 527. Causalitas Spiritus Sancti heîc ita comparata est, ut homo, qvatenus vires supernaturales in conversione acceptas exercet, illi sub-

ordinetur: non enim is amplius se merè passivè habet, ut in receptione virium pœnitendi; sed actu ipsô pœnitet & credit: hoc tamen non præstat ex proprijs naturalibus viribus, sed supernaturalibus in regeneratione collatis.

§. 528. *Minus principalis* alia *instrumentalis*, alia *ministerialis* est.

§. 529. *Instrumentalis* ex parte contritionis, verbum legis, Rom. VII, 7. ex parte fidei, verbum Evangelii est, Rom. X, 8. 9. 17.

§. 530. *Materia circa qvam*, seu objectum, est ex parte contritionis, tùm peccatum originale, Ps. LI, 7. tùm actuale qvalecunqve, sive infirmitatis sive proæreticum: sive commissionis, sive omissionis sit: Ex parte fidei meritum Christi.

§. 531. *Materiâ ex qva* pœnitentia constituitur, sunt partes duæ totius aggregati: *Contritio & Fides*, Act. XX, 21. XXVI, 18. Es. LVII, 15.

§. 532. Contritio *est actus pœnitentialis prior, qvô homo peccator legis fulmine perculsus, & iræ Divinæ sensu percitus, ob admissa secundùm DEUM tristatur & expavescit, illaq; serio detestatur, & odit*, Ps. LI, 5. Jer. III, 13. Ps. VI, 1. XXXIIX, 2. 4. 5. 9. Lev. XXVI, 41.

§. 533. Fides est *actus pœnitentialis alter, qvô peccator contritus conscientiæ suæ vulneribus, ex vulneribus JESU Christi in Evangelio ostensis, fiduciali eorundem ad se in individuo factâ appropriatione, medicinam qværit.*

§. 534.

Si quaerit, curnam duo poenitentiae partes requiruntur, et cur non una pars, nimirum contritio sufficiat, quae siquidem involvit poenitentiam, & contritio sine fide est poenitentia talis, quae tantum agit ob metum poenae non v. ut merito, propter peccatum, quo Deus est offensus et quapropter necessario requirit, ni fideles ut nimirum tristes reddamur, Numen sanctum a nobis esse offensum.

Quod hoc secundum solum Deum abomina re debeat a peccatis probe observandum quia solum Deum offendimus

alia n. est poenitentia. quae non fit secundum Deum, d. tantum ob metum poenae, quae v. non est vera poenitentia, quoniam non omnes partes poenitentiae adsunt, nimirum fides, qui deest,

Inter finem et effectū parū hic intercedit discri
minis. finis n. consideratur pro eo ad quod tenditur
~~effec~~ quod ut adquiratur quotidie adhuc laboratur.
Effectus v. est id s. consideratur abs autore pro
eo, quod ~~p~~ adquisitum iam est,
E. g. diligentiæ finis est eruditio, et diligen
tiæ effectus est eruditio, quatenus n. adhuc labor
ut adquiram eruditionem, dr finis, si v. iam
ad eruditionem p ventū est, tunc eruditio n
effectus. Pari est ratio cū fine et effectu
Poenitentiæ.

§.534. Atqve hæc duo in ordine & relatione ad justificationem ita se habent, ut sola fides sit medium apprehendendæ gratiæ reconciliatricis; contritio autem saltem ut pars ordinis, qvem DEUS in justificandis observat, se habeat, Rom. III,20.IV,15.Gal.II,16.

§.535. *Forma* pœnitentiæ absolvitur aversione à malo per contritionem, & conversione ad DEUM per fidem.

§.536. *Finis* est remissio peccatorum, Ps.XXXII, 5. Luc. XIIX,14. donatio ac habitatio Spiritus Sancti, Esa. LVII,15. Act.II,38. liberatio à pœnis temporalibus, aut ad minimum earundem mitigatio, Jer.XVII,7.8. Jon.III,10. immunitas à condemnatione, Rom. IIX,1. salus gratiæ & gloriæ Rom.IV,7.8.

§.537. *Effectus* alius *immediatus* & *proximus*, alius *mediatus* est.

§.538. *Immediatus* est justificatio; *mediatus* ὑοθεσία, unio nostri cum Christo, & nova obedientia, tùm bonum propositum, tùm exterius fidei exercitium complectens.

§.539. Est itaqve pœnitentia *actus hominis peccatoris, qvô is per vires supernaturales, ex gratia conversionis acceptas, de peccatis ex lege agnitis serio dolens, unicam pro peccatis suis satisfactionem à Redemtore JESU Christo præstitam, verâ fide, Verbô Evangelii à Spiritu Sancto accensâ, apprehendit, ut, impetratâ gratuitâ peccatorum remissione, æternum salvus fiat.*

DE

DE JUSTIFICATIONE.

§. 540. Effectus pœnitentiæ, ut suprà dictum, immediatus, *justificatio* hominis peccatoris coram DEO est.

§. 541. Verbum *justificandi* in codice sacro per Hebræum צדק hitzdik δικαιῶν & δικαιόω exprimitur.

§. 542. Verba hæc nuspiam in universa Scriptura sacra justificationē per infusionem novæ qvalitatis significant, uti ex inductione locorum patet: sed notant vel justitiæ Divinæ agnitionem & agnitæ celebrationem, Ps. LI, 6. Luc VII, 29. vel innotescentiam acceptæ justificationis ex operibus bonis, Jac. II, 21. vel manuductionem ad studium justitiæ sectandum, Dan. XII, 3. vel justificationis continuationem, Apoc. XXII, 11. vel probitatem comparativam ad alios enormiùs peccantes, Ez. XVI, 51. vel Pharisaicam famæ justitiæ captationem Luc. X, 29. XVI, 15. vel liberationem à peccato, Rom. VI, 7. vel administrationem justitiæ inter partes litigantes, 2. Sam. XV, 4. vel actum forensem, qvo qvis justus constituitur judicialiter; qvæ significatio perpetua est in locis Scripturæ, ubi de DEO justificante impium coram tribunali suo agitur.

§. 543. *Subjectum* justificationis, ratione termini qvo, homo peccator, Rom. III, 23. ratione actus & status præsentis, credens est, Rom. IV, 5.

§. 544. *Causa* efficiens *principalis* est tota Sacro-

Tota Doctrina de Justificatione nusquam insignius ptractatur quam in Epist: ad Rom: et Gal: et in spec. Cap. III. IV. ad Rom. in III. Cap v. ~~34 35 36~~ 23. 24. 25. 26.
v. 28 probat justificatio p fidem contra Pontificios.

2. Reg: XV. 4.

הִצְדִּיק justificavit. δικαιοῦν. δικαιοῦσθαι.

occasio, ut ecclesiasticorum Romanorum errori strenue se opponeret, non ut Pauli doctrinam corrigeret ac reciperet sequendam eadem ergo fuit, dum confirmat non quamlibet fidem, qua in deum creditur, sed eam salubrem, ac evangelicam esse, cuius opa ex dilectione proficiant et fides, inquit, quæ dilectionem operatur. Fraudi igit difficile exit, Jacobum cum Paulo conciliare. Paulus docet, hominem justificare fide sine operibus, Jacobus, fidem sine operibus non esse veram fidem, h. e. mortuam, h. e. nullam. Nullus hic contradictio, nulla pugna. Nam et Paulus asserit, fidem quæ operibus destituta, non esse veram fidem, et Jacobus docet, hanc demum esse veram fidem, quæ per opa se vivam et efficacem demonstrat, non ideo negat sola fide justificari hominem. Scopus nunc est, ut iam antea diximus, illos errores convincere, qui fidem quandam sine operibus sibi fingebant, unde Apostolus diserte pronunciat, fidem quæ operibus destituta plane esse nullam.

Paulus et Jacobus sibi contrarii videri possunt in doctrina de justificatione. Paulus nullam operibus justificationem, sola fide justificationem docet. Jacobus vero plane hanc Pauli sententiam rejicere videtur. Pauli mentem ita explicat Paulus ipse, cum dicit, Paulo [illegible] de justificatione sine respectu operum, multos fuisse fidem absque operibus sequentes, et eam ob rem nuda recognitione contentos, in tali modo gnostica. Porro notandum, alios opa bona a fidentibus remotos, illi repugnantem plane separasse et sic docuerunt sine operibus, Sabbatidiani, alii. Alii operibus bonis, quæ lege Dei præscribuntur, liberalos esse, et fructus fidei sectari, et tutelam hujus esse salutis doctrinæ sine dubio videntur. Antiochia, Antiochæ, alii [illegible] in doctrina Apostoli Pauli de fide sola hominem justificante. Quam ob eam Jacobus summata est

Quando justificationem solam fidem probamus ex dicto ad Rom VIII. [illegible] Deo gloriosa. Objicit nobis Antichristus, partes solam in codice gratiæ non legi, Rubricas non exprimi. Attamen adest implicite. e. g. Si dr anima hois e immortalis, non dr corpus implicite hic deest vocab: splis. quod ad pathos probet animæ de qua prædicat immortalitas, sic in [illegible] est, quando dico fides justificat

cro-Sancta Trinitas: *Pater*, Joh. III,16.17. Rom. III,30. IV,6. IIX,31. 32. 33. *Filius*, Es LIII,11. Matt. IX,2.5.6. 1. Cor. VI,11. Rom. V,19. Coloss. III,13. & *Spiritus Sanctus*, 1. Cor. VI,11.

§. 545. Causa impellens *interna* est merè gratuita DEI gratia, Rom. III, 24. XI,6. Eph. II, 8. 9. 2. Tim. I,9. Tim. III,4. 5. 6.

§. 546. Impellens *externa* est sufficientissimum meritum obedientiæ mediatoriæ, Rom. III, 25. IIX, 3 Eph. V,2. Coloss I, 20. 22. 1. Tim. II, 6. 2. Corinth. V,21. Gal. III,13. Ps. LXIX, 5. Esa. LIII, 4. seqq. à Christo secundùm utramqve naturam, 1. Tim. II,5. 6. 1. Joh. I, 7. agendo & patiendo, Psal. XL, 7. seqq. Hebr X, 7. seqq. Rom. V, 18. 19. Matth. V, 17. Rom. IIX, 4. pro nobis præstitæ.

§. 547. Causa *media* alia ex parte Dei & δοτικὴ, alia ex parte hominis & λητικὴ est.

§. 548. Δοτικὴ *ex parte* Dei sunt Verbum & Sacramenta: per ea enim fidei in regeneratione collatæ apprehendenda offertur, & credenti applicatur obedientia Christi justifica & salvifica, Luc. XXIV, 47. 2. Cor. III, 9. V,18.

§ 549. Λητικὴ *ex parte* hominis Fides est innixa Christi merito, Rom. III,22.25. Phil. III,9. Col. II, 23. II,7. Gal. III,7.8.9 11.12. & qvidem sola, Rom. III,28. Gal. II,16. Eph. II,8.9.

§. 550. Est itaq; fidei in actu justificationis omninò sua *causalitas*, non tamen alia qvàm *organica*, qvatenus scilicet apprehendendo Christi meritũ justi-

justificat. *Ratio causandi* vis justifica est, competens fidei non *in se*, & qvatenus est apprehensio & actus noster, sive in se & in sua natura, sive ex liberali Dei æstimatione seu acceptilatione dignitatem aliqvam, sive parvam sive magnam habens, sed unicè ex objecto justificio apprehenso, Rom. III, 25.

§. 551. *Forma* justificationis *in genere* consistit in efficientia mutationis certæ in peccatore, non qvidem *physicæ*, sed *moralis*, constituentis ipsum justum actione eidem purè extrinseca, atqve extrinsecè saltem, verissimè tamen, subjectum suum denominante.

§. 552. *Speciatim* & in ordine ad judicem sententiam absolutoriam pronunciantem, describitur partim *privativè*, per remissionem peccatorum, seu non-imputationem injustitiæ nostræ; Ps. XXXII, 1. 2. Rom. IV, 7. 8. III, 25. 2. Cor. V, 19. partim *positivè*, per imputationem obedientiæ Christi, Rom. IV, 5. 6. V, 19. IX, 4. 2. Cor. V, 21. Phil III, 9.

§. 553. Subjectum *qvod* imputat, est Deus judex, secundùm gratiam *gratiosam* non tantùm, sed & *gratuitam* purè hic agens, Rom. IV, 5. 6. XI, 6.

§. 554. Subjectum *cui*, qvoad statum præteritum, est homo impius, Rom. IV, 5. qvoad actum præsentem, credens, ibid.

§. 555. *Materia* imputationis *negativè* expressæ est nostra iniqvitas originalis juxta ac actualis, Tit. II, 14. 1. Joh. I, 7. *affirmativè* descriptæ, meritum Christi fide apprehensum, Rom. IV, 5. 6.

§. 556.

E. falsum, quod remissio s. non imputatio peccato-
rum tantum sit forma justificationis. Obj. quidam Impu-
tationem justitiae Xsti Ee fundamentum, ex quo ita
argumentant. Quicquid est fundamentum, ex quo ita
potest Ee forma, atq; Imputatio justitiae Xsti
est fundamentum justif. E. Sed R. negatur
hoc argumentum praecipue v. maior propositio
in totum; Applicetur n. Regula metaphy-
sicis etc.

Ἐπιείκεια Evangelica aliter describi ac declarari non pt, nisi p terminu aequitatis s. p aliquam remissionem justitiae. Nunc a. quaeritur, num par sit ratio justitiae remissionis divinae ac quae fit in foro humano R. neutiquam sic n. Deus a se ipso aliquid remissurus est. Ita autem est comparata remissio justitiae divinae, qua Deus loco nostrae propriae satisfactionis in alieni nimirum salvatoris Jesu Xsti satisfactione adquiescit. sic se habet Ἐπιείκεια Evangelica, quae nobis ob oculos ponitur Rom. VIII. 34.

§. 556. Ipsa etiam fides qvandoqve imputari dicitur (conf. Gen. XV, 6. Rom. IV. 3. 5.) sed non aliter, qvàm qvatenus apprehendit Christi meritum. Nec fides sola, nec meritum Christi solum imputatur, sed fides Christi meritum apprehendens, seu (qvod qvoad rem coincidit) meritum Christi fide apprehensum: Licèt enim hæc duo distingvi possint, divelli tamen in hoc negotio, ut relata perpetuò se invicem respicientia, neqveunt.

§. 557. Observandum tamen etiam, non omninò æqvipollentes esse has propositiones: *Meritum Christi imputatur adjustitiam*; &: *Fides Christi merito innixa imputatur adjustitiam*. In priori prædicatur effectus subjecto per se competens, atqve ex intrinseco ejus valore fluens: at in posteriori enunciatur de fide effectus aliunde ipsi accrescens. Non enim imputatur fides ad justitiam, qvatenus est actus noster; sed unicè, qvatenus Christi meritum recipit. Omnis itaqve fidei imputabilitas ad justitiam haut aliunde, qvam ex objecto justifico apprehenso est.

§. 558. *Forma* imputationis consistit in gratiosa Dei æstimatione, qvâ peccator resipiscens ob obedientiam alienam fide apprehensam κατ' ἐπιείκειαν Evangelicam, coram tribunali Divino justus reputatur, haut secus ac si ab ipsomet homine præstita illa esset.

§. 559. *Fundamentum* hujus imputationis non in homine, sed extra hominem, nempe in ipso

impu-

imputante, & imputationem promerente, qværendum: est enim imputatio non secundùm debitum, sed secundùm gratiam. Rom. IV, 5.6. Qvare imputatio hæc, qvùm non careat fundamento suo, haut imaginaria, sed realissima est, hominesqve, qvibus justitia hæc & solutio aliena imputatur, verè omninò ex ea justi sunt, etsi non inhæsivè, sed per extrinsecam saltem denominationem tales sint; nam etiam ab eo, qvod extrinsecum est, vera potest fieri denominatio.

§. 560. *Causa finalis* hujus imputationis & justificationis *ex parte DEI*, ejus misericordiæ pariter & justitiæ admiranda demonstratio, Rom. III, 26. Eph. I, 6. *respectu nostri*, salus animæ est, Rom. IV, 7. 8. VI, 22. 23. IIX, 20. Tit. III, 5.

§. 561. *Effecta* justificationis sunt unio nostri mystica cum Deo, Joh. XV, 2 5.6. XIV, 23 Gal. II, 19. 20. III, 27. Eph. III 17. adoptio in filios Dei, Joh. I, 12. Rom. IIX, 14. Eph. I, 5 donatio Spiritus S. Rom. V, 5. Gal. V, 6. pax conscientiæ, Rom. V. 1. 2. seqq. IIX, 15. certa precum exauditio, Rom. IIX, 32. Jac. I, 5. 6. 7. Sanctificatio, Rom. VI, 1. 2. seqq. Tit. III, 5. & salus æterna, Rom. IV 7. 8. V, 2. IIX, 17.

§. 562. Definitio hæc est: *Justificatio est actus Sacro-Sanctæ Trinitatis externus, judicialis, gratiosus, quò hominem peccatorem gratis propter Christi meritum fide apprehensum, remissis peccatis justum reputat, in gloriosæ gratiæ ac justitiæ suæ laudem & justificatorum salutem.*

§. 563. *Affectiones* sunt (1) essentia instantanea

Denn ihr habet ꝛc. einen Knechtl. Geist empfangen etc.
Derselbe Geist gibt zeugniß unserm Geist,
daß wir gottes Kinder sind.

Quod revera detur unio mystica, qua ex una
parte Deus trinus, speciatim Xstus secundum utramque
naturam, divinam et humanam, ex altera parte homines Cre-
dentes inter se conjunguntur, ut in ipsa regeneratione
et conversione per fidem incipit, ita in sanctifica-
tione continuatur, probant scriptura loca, Joh.
XIV. 23. Wer mich liebet der wird mein wort halten
und mein vater wird ihn lieben, und wir werden zu
ihm kommen, und wohnung bey ihm machen. 1 Cor. 6.
Wissent ihr ꝛc., ist ihr Gottes etc. C. VI. 19. Wissent ihr ꝛc.
euer Leib ein tempel des H. Geistes ist der in euch ist,
welchen ihr habet von Gott, und seyd ꝛc. eurer selbst.
2 Cor. VI. 16. Ihr aber seyd der tempel Gottes,
wie denn Gottes spricht, Ich will in ihnen wohnen, und
in ihnen wandeln, und will ihr Gott seyn, und sie
sollen mein volck seyn.

Quod aliter sese habeat unio haec, quam illa unio
generalis, ~~secund~~ quae secundum praesentiam Dei omni-
bus hominibus competit, ex hoc quoque manifestum
est, quod Xstus cum humana natura sese specialiter
univerit, ex quo constat unionem esse et generalem, et

nea. (2) perfectio; qvia perfectè remittuntur peccata omnia, ut nullâ opus sit satisfactione propriâ, 1. Joh. I, 7. Rom. IIX, 1. Heb. X, 14. (3) identitas modi justificationis respectu omnium omninò salvandorũ, Act. IV, 12. XV, 11. Rom. III, 22. 24. 25. 26. (4) certitudo in nobis non conjecturalis, sed infallibilis & Divina, Rom. IIX, 15. 38. 39. V, 1. 2. Eph. III, 12. 1. Joh. III, 14. (5) incrementum non qvoad actum justificationis, qvi instantaneus; sed ratione fidei & sensus, 2. Cor. X, 15. Col. I, 10. 2. Pet. III, 18. Eph. IV, 14. 15. (6) continuatio. Ap. XXII, 11. (7) amissibilitas, Ezech. XIIX, 24. Heb. VI, 5. 6. Joh. XV, 2. (8) reiterabilitas, Joh. VI, 37. Rom. V. 20.

DE UNIONE CREDENTIUM MYSTICA CUM DEO.

§. 564. Qvamprimùm homo peccator per fidem justificatus est, incipit ejus unio mystica cum Deo, Eph. III. 17.

§. 565. Est verò unio hominis cum Creatore alia *generalis* & communis omnibus hominibus, de qva Act. XVII, 28. alia *specialis*, & credentibus propria.

§. 566. Atqve hæc vel *gratiosa* in Ecclesia militante, Joh. XVII, 11. 21. &c. vel *gloriosa* in cœtu electorum triumphante est, 1. Cor. XV, 28.

§. 567. Prior hujus loci est, dicta aliàs mansio Sacro-Sanctæ Trinitatis apud credentem. Johan. XIV, 33. inhabitatio Christi in cordibus nostris

specialem

Eph.III,17. II,22. desponsatio credentium cum Christo, Os. II, 19.20. mysticum Christi & Ecclesiæ conjugium, Eph. V.24.25. insitio palmitum spiritualium in vite spirituali, Christo, Joh. XV, 4.5.6.7. membrorum & capitis conjunctio, Eph. I,22.23.

§. 568. A Theologis dicitur *Unio spiritualis*, qvia à Spiritu Sancto proficiscitur, & modô spirituali, non carnali perficitur; 1.Cor.VI,16.17. item *mystica*, qvia unio hæc magnum mysterium est, Eph.V,32. Appellatur etiam à qvibusdam Nostratium *substantialis*, non *formaliter* & ratione modi; sed *objectivè*, à terminis scilicet seu extremis unionis, qvæ substantiæ sunt. Est itaqve substantiarum, sed non substantialis, propriè & accuratè loqvendo.

§. 569. *Actum* qvando notat, est ipsa unitio spiritualis, seu actualis & transiens entium naturâ diversorum conjunctio, ad constituendum unum mysticum. *Status* verò est entium realiter atqve actu jam conjunctorum relatio permanens, ad actum se habens ceu effectus ad suam causam. Nobis actum præcipuè hîc supponit unionis terminus.

§. 570. Causa *efficiens* unitionis *prima* est tota Sacro-Sancta Trinitas; *Pater*, Eph.I,17.22.23. *Filius*, Joh. XV, 5. & *Spiritus Sanctus*, 1.Cor.VI.19. cui juxta Scripturæ sacræ & Symboli Apostolici appropriationem, uti totum sanctificationis opus, ita & hæc ejus species peculiariter competit.

§. 571.

Forma huius unionis mystica importat praesentiam
quoad substantiam, porro in specialem praesentiae determina-
tionem ad certum praesentiae modum, quae determinatio fieri
solet per gratiosam operationem in homine, vel per effectum gratiae:
ut ita inhabitatio Dei in homine quoad rem nihil aliud
sit, quam praesentia Dei conjuncta cum gratiosa
operatione

§. 571. Causa *promerens* est Redemtor θεάνθρωπος secundùm utramqve naturam, Eph. II, 20. 21. IV, 15. 16.

§. 572. Instrumentalis *ex parte Dei* sunt Verbum & Sacramenta, 2. Pet. I, 3. 4. Eph. V, 26. Gal. III, 27. 1. Cor. X, 16. 17.

§. 573. Medium *ex parte hominis* est Fides, Joh. XIV, 23. VI, 56. Gal. II, 20. III, 26. 27. Eph. III, 17. 1. Joh. IV, 15.

§. 574. Causæ *administræ* sunt verbi Divini præcones, Eph. IV. 11. 12. 13. 2. Cor. XI, 2.

§. 575. *Materia* unitionis sunt ipsæ subjectorum uniendorum essentiæ; atqve ex una qvidem parte substantia Divina totius Sacro-sanctæ Trinitatis, 2. Pet. I, 4. & substantia Humanæ naturæ Christi, Joh. XV, 1. 2. 4. 1. Cor. VI, 15. 16. 17. Eph. V, 30. Gal. II, 19. 20. Ex altera verò substantia fidelium, qvoad animam & corpus est, 1. Cor. VI. 15. 19. Eph. V, 30.

§. 576. *Forma* unitionis hujus non consistit in sola affectuum harmonia, aut sola gratiosa Spiritûs Sancti in credentibus operatione; neqve in transsubstantiatione seu conversione substantiæ nostræ in substantiam Dei & Christi, aut vice versâ; neqve in consubstantiatione, ut ex duabus essentiis fiat una; neqve in coalitione extremorum unitorum in unam ὑπόστασιν seu personam, ut credens Christo unitus possit dicere: *Ego sum Christus: Christus edit, bibit per me:* sed in conjunctione

substantiæ hominis credentis, cum substantia Trinitatis & carnis Christi arctiori ac ineffabili, sine extensione aut contractione essentiæ Divinæ aut humanæ, extremis unitis essentialiter distinctis manentibus etiam in medio unionis statu. Joh. XIV,23. 1.Cor.VI,15.16.17. Eph.V,30. 2.Pet.I,4. Gal.III,27. II,19.20.

§. 577. *Momentum* unionis hujus cum momento regenerationis, justificationis & renovationis idem omninò est: fiunt enim hæc apotelesmata omnia simul & in instanti : est enim unum altero prius, qvoad nostrum concipiendi modum, ob diversa connotata. Sic regeneratio & justificatio priores sunt unione istâ, utpote qvæ ex fide & post fidem acceptam demum est. Ita unio prior est renovatione : ex hujus namqve effectibus, bonis scilicet operibus , tanqvam à posteriori, existentiam illius possum cognoscere, 1. Joh.III,6. 23.24. IV,12. 13.16.

§. 578. *Finis* unitionis hujus est certioratio fidelis cum miseriis hujus vitæ colluctantis de perpetua DEI assistentia & favore, conservatio in statu gratiæ, obsignatio certitudinis resurrectionis & glorificationis futuræ, Rom. IIX, 10.11.16. 26.31. Joh. VI,54.56.57. Unio fidelium inter sese in fide & charitate, Joh. XVII,20.21.22.23. Eph. IV,11. seqq.

§. 579. *Effectus* & conseqventia unitionis hujus mysticæ sunt *Unio*, prout statum notat, & *communicatio* inter unita reciproca.

§ 580.

§. 580. *Unio* qvùm ex classe *Relatorum* sit, juxta seriem reqvisitorum relationis docendi causa, haut malè explicari poterit.

§. 581. *Extrema* sunt subjecta, qvæ in unionem veniunt, de qvibus suprà dictum.

§. 582. *Fundamentum* unionis *remotum* ex parte una est gratiosa Dei erga credentem affectio; ab altera habilitas hominis justificati hyperphysica ex fide per gratiam regenerationis accepta.

§. 583. Fundamentum *proximum* seu *Ratio fundandi* est ipsa gratiæ Spiritus Sancti operatio, in unitione se exerens, seu ut concisiùs dicam, ipse unitionis actus.

§. 584. Seqvens inde *Relatio* est *unio*, dicens formaliter arctissimam mysticè unitorum ad invicem præsentiam.

§. 585. *Communicatio* mystica est, qvâ DEUS omnes bonitatis suæ divitias; speciatim Goël noster suam mortem, Col. II,20. III,3. passionem Gal. II,19. Phil. III,10. resurrectionem, Col. III,1. Epq. II,6. Spiritum Sanctum, Rom. IIX,10. 1. Cor. XII,13. vitam suam, Rom. VI,8. Gal. II,20. 1. Joh. V, 12. justitiam suam, 2. Cor. V,21. Phil. III,9. 1. Cor. I, 30. victoriam suam. Joh. XVI,33. 1. Joh. V,4. 5. Apoc. II, 7. 11. 26. III,5. 21. jus filiale & hæreditarium, Joh. I,12. Rom. IIX,14. 15. 17. 1. Joh. III,1. Gal. IV,7. jus regni, Apoc. V,10. 20. 4. 3. 21. Eph. II,6. jus Sacerdotii, 1. Pet. II,9. Apoc. V,10. gloriam suam, Rom. IIX,17. Joh. XVII,24. gaudium æternum, 1. Pet.

IV,13. gratiosè nobiscum communicat, & vicissim, qvæ piis Christi membris obveniunt, sibi appropriat, non ὑποστατικῶς, sed χαριτικῶς, ob externum respectum ex unione mystica resultantem, Zach.II,8. Matth.X,40. XXV,35. seqq. 42. seqq. Luc. X,16. Joh.XIII,20. Act.IX,4. Col.I,24. 1. Thess. IV,8.

§.586. Definitio hæc est: *Unio credentium cum DEO mystica est actus gratiæ Spiritus Sancti applicatricis, quô substantia fidelium substantiæ Sacro-Sanctæ Trinitatis & carnis Christi, mediante fide, Verbô Evangelii & Sacramentorum usu accensâ, arctissimè, impermixtibiliter tamen, illocaliter & incircumscriptivè jungitur, ut unitus hoc modo Deo & Redemtori, de gratia præsenti, & gloria subsecutura certior inde factus, in statu Filiorum DEI perseveret & tandem æternùm salvus fiat.*

§.587. *Affectiones* Unionis mysticæ sunt (1) jucunditas ex sensu gratiæ inhabitantis, Heb.VI,5. Es.LXI,19. (2) continuatio per fidem verbi sedulâ auscultatione ac meditatione, & freqventiori Sacræ Cœnæ usu sustentandam ac conservandam, Rom.V,2. (3) interruptio per peccata proæretica, Ps. LI,13 (4) redintegratio, Joh.VI,37.

DE RENOVATIONE.

§.588. *Renovationis* terminus accipitur vel *latè*, ut regenerationem qvoqve & justificationem ambitu suo complectatur; vel *strictè*, prout regenerationi & justificationi contradistingvitur. Qvæ acceptio hujus loci est.

§.589.

Subjectū Renovationis

~~Homo~~ materialiter spectatū, peccator est, formaliter v: hoc regenitg ac justificatus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0442
DFG

§. 589. Dicitur aliàs *sanctificatio*, qvæ itidem vel *latè* accipitur, ut suprà renovatio; vel *strictè*, prout cum renovatione strictè sumtâ coincidit; qvæ significatio nostræ considerationis est.

§. 590. Causa *efficiens prima* est tota Sacrosancta Trinitas; *terminativè* & appropriativè Spiritus Sanctus, Tit. III, 5. Rom. I, 4. Gal. V, 22.

§. 591. Causa *promerens* est Christus θεάνθρωπος, Joh. XV, 5. Eph. II, 10. Tit. III, 5. 6.

§. 592. Causa instrumentalis *ex parte DEI* sunt Verbum & Sacramenta, Jac. I, 18. 21. 1. Joh. III, 9. Tit. III, 5. Rom. VI, 4.

§. 593. Media *ex parte hominis* Fides est, Gal. V, 6. 2. Pet. I, 5.

§. 594. *Subjectum Qvod* renovationis est homo, qvoad statum præteritum, peccator; ratione status præsentis regeneratus & justificatus.

§. 595. Subjectum *Qvo* vel *primarium* vel *secundarium* est.

§. 596. *Primarium* vel *remotum*, vel *proximum* est.

§. 597. *Remotum* anima est; *proximum* partim intellectus, partim voluntas, partim appetitus sensitivus.

§. 598. *Secundarium* corpus & membra ejus sunt, qvatenus animæ sanctificatæ, ceu instrumenta in expediundis actionibus sanctis inserviunt, Rom. VI, 12. 13. 19. XII, 1. 1. Thess. V, 23.

§.599. Terminus *à qvo*, phrasi Scripturæ, vetus homo; *ad qvem* novus homo est, Eph.IV,22. Col.III.10. Distingvuntur autem vetus & novus homo non ratione substantiæ, sed ratione qvalitatum diversarum.

§.600. *Forma* renovationis consistit in errorum mentis depulsione, voluntatis correctione, appetitus ad prava inclinantis cohibitione, membrorum corporis ad opera justitiæ exercenda usurpatione, Rom.XII,2. Col.III,10. Eph.IV,23. 24. Rom.VI, 12.13.

§.601. *Finis ex parte DEI* est ejusdem gloria, Matth.V,16. 1. Pet.II,12. *ex parte nostri*, bona opera sunt, tùm ratione propositi sui, tùm ratione exercitii extrinseci spectata. Rom. VI,2.6. seqq. Eph.II,10.IV,22. seqq.V,8,Gal.V,22. Coloss.III,9. seqq.

§. 602. *Effectus* renovationis *immediatus* est sanctitas inhærens: *mediatus* bona opera, qvæ ratione intentionis renovationis finis, ratione executionis ejusdem effectus sunt.

§. 603. Definitio hæc est: *Renovatio est actus gratiæ Spiritus Sancti applicatricis, qvô is cum Patre & Filio, vi meriti Christi, hominem peccatorem ita immutat, ut intellectus, pulsis errorum tenebris, illuminetur, voluntas emendetur, appetitus ad prava inclinans coërceatur, & membra corporis arma justitiæ fiant, in laudem DEI, & ad debitum eidem præstandum obsequium.*

§. 604. *Affectiones* sunt, imperfectio ex parte

Perfectionis gradū hōo non potē pvenire, ut ab
si peccati immunditiae prorsus Est purgatus
materialiter n. spectatus hōo renovatus utq ad pec
candum est pronus.

Praecipuus locus de lege nat. agens reperit. in
Ep. ad Rom. II. 14 15.

Differentia realis inter legem nat. et moral.
non intercedit, d. tritm virtualis, quoadrem
n. conveniunt, utraq lex.

Lex naturae l. sumit physice l. moraliter
physice sumta denotat ordinem nāe (e. g. ordo na
turae est mutatio temporū, si hijemsnimirum
sequit aestatem)

te subjecti recipientis, continuatio, incrementa, decrementa.

DE MEDIIS SALUTIS.

§. 605. Hactenus de principiis salutis actum. Seqvuntur *media*, eaqve tùm magis propriè ita dicta; tùm ὡς ὸπ πλάτη nuncupata.

§. 606. Media magis propriè sic dicta alia *ex parte DEI*, seu δοτικὰ & *exhibitiva* sunt; aliud *ex parte hominis*, & ληπτικὸν seu *apprehensivum*.

§. 607. Media δοτικὰ sunt Verbum & Sacramenta.

DE VERBO DEI, & nominatim DE LEGE.

§. 608. Verbum est vel *Legis*, vel *Evangelii*.

§. 609. Lex Divina est vel *perpetua* & moralis, vel *temporaria* & Judaica.

§. 610. *Perpetua* & moralis est vel *naturalis* seu connata, vel *moralis* specialiter sic dicta.

DE LEGE NATURALI.

§. 611. Lex naturæ hîc non notat legem naturæ universæ à Conditore præscriptam, vi cujus qvodvis creatum ordinem suum tuetur ac servat; neqve jus homini & bruto commune, qvod ab Ulpiano impropriè jus naturæ vocatur; sed jus homini per naturam impressum.

§. 612. *Causa* efficiens Legis naturæ DEUS est, Rom. I, 19. II, 15.

§. 613. *Materia* est vel *in qva*, vel *ex qva*, vel *circa qvam*.

§. 614. Materia *in qva* seu subjectum aliud *totale*, aliud *partiale* est.

§. 615. Totale homo; partiale *remotum* anima: *proximum* intellectus ratione γνώσεως, voluntas & appetitus sensitivus ratione ὀρέξεως est.

§. 616. Materia, *ex qva*, ἀναλόγως sic dicta, sunt principia practica naturâ nota; ut, DEUM cole: Superiores honora: Honestè vive: Neminem læde: Suum cuiqve tribue.

§. 617. Materia *circa qvam* seu objectum aliud *reale*, aliud *personale*.

§. 618. *Personale* aliud *primarium*, aliud *secundarium* est.

§. 619. *Primarium* DEUS; *secundarium* tùm proximus tùm propria cujusvis persona est.

§. 620. *Reale* est omne πρακτὸν naturâ notum, juxta principia suprà cecensita.

§. 621. *Forma* est vis directiva & obligativa, hominis cordi per naturam impressa.

§. 622. *Finis* alius *per se* intentus, alius *accidentarius* est.

§. 623. Finis *per se* est tùm Dei glorificatio & gratitudo debita, Rom. I, 21. tùm directio morum & ex-

& externæ disciplinæ, Rom.II,14.15. tùm politicæ societatis conservatio.

§ 624. Finis *accidentarius* seu eventus est ἀναπολόγησις apud eos, qvi in scelera contra dictamen Legis connatæ ruunt, Rom.I,20.

§. 625. Definitur ita: *Lex naturæ est jussum à suprema & independente potestate, DEO, homini per naturam impressum, conscientiam ejus ad faciendum, qvod rectum & honestum; & fugiendum, qvod injustum & turpe, obligans, in Creatoris laudem & civilis societatis conservationem.*

§. 626. *Affectiones* sunt (1) naturalis inhæsio, (2) immutabilitas, (3) indispensabilitas absoluta, (4) identitas apud omnes qvoad communissima principia, Rom.II,14.15. (5) imperfectio post lapsum. (6) insufficientia ad meritum & salutem.

DE LEGE MORALI.

§ 627. Lex moralis *specialiter* sic dicta est, qvæ juri naturali veluti superaddita, qvæ ex illo, ceu principio qvodam communissimo, per peculiares constitutiones à Deo ipso deducta est.

§. 628. Docendi causâ potest distingvi in *primitivam*, atqve eam, qvæ *primitivam insecuta* est: qvæ distinctio non ex substantia legis moralis, qvæ semper eadem; sed ex accidenti, alio nempe atqve alio revelationis modo est.

§. 629. *Primitiva* est Divinum illud jussum forinsecùs revelatum, qvod in ipso paradiso initium

sui

sui adeptum, postqve à DEO tùm immediatè, tùm mediante Patriarcharum προφητῶν ministerio ulteriùs expositum, in populo Dei ante legem Sinaiticam solemniter latam, viguit, Gen.II, 3.16.17.24. IX,4.6. XII,7.8.12.19.

§.630. Lex moralis *primitivam insecuta* est eadem illa primitiva, proposita saltem distinctiùs atqve explicata pleniùs in solemni illa promulgatione in monte Sinai facta.

§.631. Causa *efficiens principalis*, ratione conceptionis & publicationis primæ est ipse JEHOVA, in essentia unus, in personis trinus, Exod. XX.1.19.20.22. Devt. IV,12.15.33.35.36. V,4. 22.23. 24.25.26. Ipsa verò appropriatio vocis legislatricis audibilis in sola Filii persona facta esse statuitur, Act. VII,38. Deut. XXXIII,2.

§.632. Causa *exemplaris* est DEI justitia ac sanctitas, cujus Lex moralis veluti speculum qvoddam est.

§.633. Causæ *ministeriales* ratione primæ publicationis sunt Angeli sancti; Devt. XXXIII,2. Act. VII,53. Gal.III,19. ac ratione repetitionis & explicationis Moses & Prophetæ, in Testamento Veteri; Christus in assumta humanitate atqve Apostoli sub initium Novi, hodiè verò ordinarii Verbi præcones sunt.

§.634. Subjectum *cui* lata hæc lex, solus homo est, & qvidem omnis, nullô gentis respectu habitô.

§.635.

§. 635. Materia *in qvâ* sunt tabulæ cordis nostri, præfiguratæ tabulis lapideis, qvibus Deus legem digitô suô inscripserat, Ex.XXXI,18.XXXII, 16. 2.Cor. III, 2.3.

§. 636. Materia *circa qvam* seu objectum est vel *reale*, vel *personale*.

§. 637. *Reale* est qvodvis juxta Decalogi normam sive faciendum sive fugiendum.

§. 638. *Personale* tùm DEUS, tùm proximus est.

§. 639. Materia *ex qva* sunt ipsa legis moralis præcepta, numero *decem*, qvorum distributio de se & natura suâ indifferens est. Ut tamen eam, qvæ in Ecclesiis nostris recepta est, deseramus, nulla cogit necessitas.

§. 640. *Forma* Legis moralis est vis directiva, & coactiva circa facienda & fugienda moralis, conscientiam ad obedientiam perfectissimam, aut nisi hæc præstetur, prævaricatorem ad pœnas exqvisitissimas, temporales juxta ac æternas obligans, Jac.II,10. Matth.V,19. Devt.XXVII,26. Gal. III,10.

§. 641. Poscit verò Lex hæc moralis obedientiam, qvæ perfectissima sit (1) *perfectione graduum*, ut videlicet obedientia proficiscatur ex principio perfectè sancto, ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus, Matth.XXII,37. Luc.X,27. (2) *perfectione partium*, ut sit justitia universalis, adimplens omnes omnium divinorum mandatorum apices, Devt.XXVII,26. Jac.II,10. (3) *perfectione*

ne perseverantiæ, ut si vel semel labatur & deficiat à justitia justus, nulla sit futura justitiæ prioris recordatio. Ez. XIIX, 24. XXXIII, 12. ac maledictioni subjaceat omnis, *qvi non manserit, perseveraverit* (οὐκ ἐμμένει) in omnibus, qvæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea, Gal. III, 21.

§. 642. *Finis* legis moralis *primus* est vita æterna, qvam sub conditione promittit, Lev. XXIIX, 5. Exod. XX, 11. Rom. X, 5. Gal. III, 12. *succedaneus* est ἀδυναμία nostræ legem infirmantis agnitio, Rom. IIX, 3. & ad medicum qværendum compulsio, Gal. III, 24.

§. 643. *Usus* legis moralis partim ex modò dictis constat. Est autem is qvadruplex: Primus *Politicus*, consistens in coërcitione hominum ferorum & indomitorum coërcitione [illegible] comminationem pœnarum, tùm temporalium [illegible] æternarum, 1. Tim. I, 9. Alter *Elenchticus*, [illegible]ns in peccatorum manifestatione & redarg[illegible]one, Rom. III, 20. IIX, 7. 1. Cor. XV, 56. Tertius *Pædagogicus*, qvô Lex ostensâ extremâ hominis justificandi inopiâ ac ἀδυναμία, eundem ad Christum, ex verbo Evangelii monstratum, confugere compellit, Gal. III, 24. Qvartus *Didacticus*, consistens in directione vitæ & morum in renatis ac justificatis. Matth. V, 17. XIX, 17. Tit. II, 8 seqq.

§. 644. Definitio hæc est [illegible] *moralis stricte sic dicta est jussum à suprema & independente potestate, Deo, in monte Sinai solenniter promulgatum, obligans homi-*



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0457
DFG



hominem qvemcunqve ad obedientiam consummatissimam, ut hujus impossibilitate agnitâ ad Redemtorem, qvi legem pro peccatoribus perfectissimè implevit, qværendum compellatur.

§. 645. *Affectiones* seu attributa Legis moralis sunt (1) perfectio, Psal. XIX, 9. Devt. IV, 3. XII. 32. (2) impossibilitas impletionis, Act. XIII, 38. Rom. IIX, 7. Gal. III, 21. (3) abrogatio, qvantum ad rigorem exactionis, Gal. V, 18.

DE LEGE CEREMONIALI.

§. 646. Lex Divina *temporaria* est, qvæ solos obstringit Judæos, & cadente horum politiâ, ipsa cadit.

§. 647. Estqve alia *ceremonialis*, alia *forensis* seu judicialis.

§. 648. Ceremonia dicitur ab antiqva voce *cerus*, qvæ olim idem, qvod *sanctus* notabat. Sunt enim ceremoniæ Ecclesiasticæ ritus gestusqve externi circa res sacras earundemqve exercitium occupati.

§. 649. *Causa* Legis Ceremonialis efficiens *principalis* Deus est, Ex. XXV, 1. seqq.

§. 650. Causa *ministerialis* Moses est, Ex. XXV, 1. seq.

§. 651. Materia *circa qvam* sunt vel personæ sacræ, vel res, vel locus, vel tempus.

§. 652. *Personæ* sunt Sacerdos summus, Exod. XXIX, 29. Lev. IIX, 16. 21. 24. Sacerdotes secundi ordinis, Lev. IV, 8. 14. 20. 21. Levitæ, Num. IIX. Devt. XXVII. Nazaræi, Num. VI. §. 653.

§.653. *Res* sunt cibus, Devt. XIV, 4. Lev. XI, 3. 4. 9. 21. 29. 34. 39. XVII, 11. XIX, 26. III, 17. Devt. XIV, 21. Gen. XXXII, 32. Ex. XXII, 31. vestitus & habitus corporis, Devt. XXII, 11. 5. Lev. XIX, 27. ædium structuræ, Lev. XIV, 34. satio, arbores, animalia bruta, Devt. XXII, 6. sacra tabernaculi ac templi supellex, imprimis verò *Sacramenta & Sacrificia.*

§. 654. *Sacramenta* sunt *Circumcisio* & *Agnus Paschalis*, de qvibus infrà. à §. 729 – §. 775.

§. 655. *Sacrificium* est externa sacra actio, qvâ res aliqva visibilis, interveniente legitimi Sacerdotis ministeriô, ritu in Lege præscriptô, Deo offertur, ad commonefaciendum homines de peccati gravitate & futuro sacrificio Messiæ in ara crucis pro peccatis offerendo.

§. 656. Geminum itaqve sacrificia habuerunt usum, *Legalem* & *Evangelicum.*

§. 657. *Legalem*, qvatenus peccatorum de criminum atrocitate & reatu admonebant, Heb. X, 3. Col. II, 14. & sic medium excitandi contritionem erant. *Evangelicum* verò, qvatenus unicum illud propitiatorium sacrificium in ara crucis pro nobis aliqvando immolandum eminùs ostendebant, Deoqve peccatores pœnitentes reconciliabant, Lev. I, 2. 3. 9. 13. 17. II, 1. 2. 9. 12. VI, 15. 21. XVII, 11. Gen. IIX, 21.

§. 658. Vim autem expiatricem & reconciliatricem habebant *typicè*, qvatenus nempe corpora qvasi vicaria & repræsentativa erant victimæ pro peccatis mundi in temporis plenitudine offe-

An Sacrificia ad objecta Legis cere
monialis sint referenda.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0461
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0462
DFG

offerendæ. Non tamen habent se ut nuda signa σημαντικὰ, sed ut organa divinitus ordinata, qvæ Messiam DEUM incarnandum, in assumta Humanitate suô tempore pro peccatis totius mundi in sacrificiū Patri se oblaturum, peccatoribus proponerent, ipsiusqve obedientiæ cruentæ fructus iis offerrent, applicarent & obsignarent: unde *sanguis ipse sacrificiorum in anima expiare* dicitur. Lev. XVII, 11.

§. 659. Dividuntur sacrificia (1) *ratione causæ efficientis*: alia enim à Sacerdote summo, alia à sacerdotibus secundi ordinis offerebantur.

§. 660. (2) *Ratione materiæ* seu rei oblatæ, qvæ erat vel aliqvod animal mundum; vel res inanimis: eaqve vel solida, ut panis, thus, sal, &c. vel liqvida, ut vinum, oleum &c.

§. 661. (3) *Ratione formæ*, sive actionis variæ circa rem oblatam, aliud est *holocaustum*, qvod totum igne absumabatur: aliud *hostia pacifica*, qvæ partim cremebatur, partim edebatur, tùm à Sacerdotibus, tùm ab iis, qvi obtulerant: aliud *hostia pro peccato*, qvæ partim cremabatur, partim comedebatur à Sacerdotibus.

§. 662. (4) *Ratione finis* atqve intentionis sacrificantium aliud erat *latreuticum*, aliud *eucharisticum*, aliud *impetratorium*, aliud *hilasticum*, aliud *consecrationis*, aliud *mundationis*.

§. 663. *Loca sacra*, circa qvæ occupabatur Lex Ceremonialis, duo erant: *Tabernaculum* & *Templum*.

§. 664. *Tabernaculum* tres habebat partes, (1) *ſanctum ſanctorum*, qvod erat domus interior, Lev. XVI, 2. in qvam ſolus Pontifex ſummus qvotannis ingrediebatur, (2) *Sanctum exterius*, in qvod ſingulis diebus ingrediebantur Sacerdotes reliqvi, Ex. XXVI, 33. XXIX, 30. (3) *Atrium populi* Ex. XL.

§. 665. Tabernaculo ſucceſſit *Templum*, cujus qvatuor erant partes, (1) *Sanctum Sanctorum* vel ſanctuarium interius, (2) *Sanctuarium*, 1. Reg. IIX, 48. aliàs *atrium Sacerdotum* appellatum, 2. Chron. IV, 9. (3) *Atrium Judæorum*, aliàs *porticum Salomonis* dictum, Joh. X, 23. Act. III, 11. 12. V, 12. (4) *Atrium Gentium*. Conf. 1. Reg. IIX, 41. 42. 43. & Joſeph. *l. XV. Ant. Jud. c. 14. lib. VI. de B. J. c. 6. & lib. VII. C. 11.* item *lib. II. contra App.*

§. 666. *Tempus* ſacrum complectitur *feſtivitates Legales.*

§. 667. Erant hæ vel *hebdomadariæ*, vel *menſtruæ*, vel *anniverſariæ.*

§. 668. *Hebdomadariæ* erant Sabbatha, ultimi hebdoemadis dies, Gen. II. Ex. XX, 10. 11.

§ 669. *Menſtruæ* erant Neomeniarum, Num. XXIIX, 11. Pſ. LXXXI, 4.

§. 670. *Anniverſariæ* erant Feſta Paſchatos, Ex. XII, 34. Pentecoſtes, Lev. XXIII, 15. Tubarum, ib. v. 24. Expiationis, ib. v. 27. Tabernaculorum, v. 34. annus Sabbatharius, Ex. XXIII, 10. Lev. XXV. 2. Devt. XV, 2. jubilæus. Lev. XXV, 8. 9. ſeqq.

§. 671. *Forma* Legis Ceremonialis eſt vis directiva

ctiva & coactiva temporaria circa ritus Ecclesiasticos.

§. 672. *Finis* ac usus alius *principalis*, alius *minus principalis* est.

§. 673. *Principalis* est tùm beneficiorum Christi significatio & adumbratio, Col. II, 16. Heb. IIX, 4. 5. X, 1. tùm eorundem, mediantibus sacrificiis & Sacramentis applicatio, ut suprà probatum est,

§. 674. *Minùs principalis* est (1) commonefactio de peccato, Heb. X, 3. (2) ἐυτυξία in conventibus & actionibus Ecclesiasticis, (3) Ecclesiæ Judaicæ ab omnibus idololatricis gentilium cœtibus distinctio, Devt. IV, 8. Eph. II, 14. (4) exercitium obedientiæ erga Deum. (5) ministerii sacri conservatio.

§. 675. Definitio hæc est: *Lex Ceremonialis est jussum supremæ ac independentis potestatis, obligans populum Testamenti veteris ad certam formam cultus externi, datâ, ut homines de peccato commonefaceret, contritis Redemtorem eminùs ostenderet, & gratiam fœderalem mediantibus sacramentiis & sacrificiis applicaret & obsignaret.*

§. 676. *Adjuncta* ejus sunt obligationis particularitas & duratio temporaria.

DE LEGE FORENSI.

§. 677. Lex forensis seu judicialis hîc ea est, qvæ in foro apud Judæos olim observabatur.

§. 678. Causa ejusdem efficiens *principalis*, Deus est, Ex. XXI, 1. seqq. *ministerialis* Moses, ib.

§. 679. Materia *circa qvam*, seu objectum sunt res qvæcunqve forenses ad politiam Judaicam spectantes, Ex. XXI, 22. Devt. XVII.

§. 680. Materia *ex qva* sunt ipsa præcepta, ex qvibus Lex judicialis veluti componitur.

§. 681. Eorum qvædam sunt *juris communis*, qvantum ad substantiam ipsarum attinet, etiamsi secundùm nonnullas circumstantias Reipublicæ Judaicæ sint peculiares. Tales sunt leges de commodatis, depositis, illatis damnis, Ex. XXI, 33. 35. XXII, 5. 6. seqq. Lev. VI, 2. de ponderibus & mensuris, Lev. XIX, 35. 36. Devt. XXV, 13. seqq. de limitibus non transferendis; Devt. XXVII, 17. de usuris mordentibus vitandis, Ex. XXII, 25. Lev. XXV, 36. Devt. XXIII, 19. de cura pauperum, orphanorum, viduarum, peregrinorum: Ex. XXII, 21. seqq. Lev. XIX, 9. 10. 33. 34. Devt. X, 18. 19. XIV, 29. XV, 7. seqq. XVI, 11. XXIV, 17. 18. seqq. XXVI. 12. XXVII, 19. de mercenariis non fraudandis mercede. Levit. XIX, 13. Devt. XXIV, 15. &c. Atqve hæc & similia perpetui juris sunt, atqve omnes in universum homines obligant.

§. 682. Qvædam verò sunt *juris particularis*, solos constringentis Judæos; cujusmodi sunt statuta de conjugio cum uxore fratris, cui non sunt liberi; de potu Zelotypiæ; de illis, qvi ab honoribus & muneribus publicis arcendi, Devt. XXIII, 1. 2. 3. 4. 7. & similia alia, qvæ cum ipsa Republica Hebræorum exspirârunt.

§. 683.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0469
DFG

Luc. 11.10.11 Siehe ich verkündige euch etc
Joh. XXX. 6. in hoc loco summa totius Evangelii
distinctius continetur.

Also hat E. die welt geliebet das er seinen einigen
bornen Sohn gab auff das alle die an ihm gl. etc:

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0470
DFG

§. 683. *Forma* est vis directiva & coactiva temporaria circa τὰ πρακτὰ forensia.

§. 684. *Finis* rigidioris hujus politiæ erat, ut coërceretur petulantia populi duræ cervicis, & peculiari charactere signaretur Respublica, in qva verus DEI cultus & promissi Messiæ Ecclesia ac genealogia conservari debebat.

§. 685. Definitio hæc est: *Lex Divina judicialis est jussum supremæ ac independentis potestatis, circa πρακτὰ forensia politiæ Judaicæ occupatum, ut hâc ratione populi duræ cervicis petulantia coërceretur, & peculiari charactere signaretur Respublica gentis electæ.*

§. 686. *Adjuncta* sunt obligationis particularitas & duratio temporaria.

DE EVANGELIO.

§. 687. Terminus Evangelii sumitur vel *proprie*, vel *impropriè*.

§. 688. *Impropriè* sumtus significat librum, in qvo Christi res gestæ comprehenduntur; qvô sensu *Evangelium secundum Matthæum, Marcum &c.* dicuntur libri, qvibus Christi acta & dicta consignata sunt.

§. 689. *Propriè* acceptus sumitur vel *generaliter*, pro tota doctrina Novi Testamenti, doctrinam gratiæ & legis complectente; Marc. I, 14. XVI, 15. Luc. IX, 6. Rom. II, 16. vel *specialiter*, pro annunciatione gratiæ per Messiam impetrandæ: Es. XL, 9.

XLI,27. LII,7. Rom.X,16. vel *specialissimè*, pro concione de Messia jam exhibito, Marc. I,1. Rom. I,2. Media & ultima significatio hujus loci est.

§.690. Causa Evangelii *efficiens principalis* tùm ratione decreti, tùm ratione patefactionis, DEUS Unitrinus est, servatô tamen ordine & discrimine personarum.

§.691. Causæ *ministeriales* sunt in Veteri Testamento Patriarchæ, Sacerdotes & Prophetæ: in Novo Angelus nativitatis Messiæ ebuccinator, Pastores Bethlehemitici, Simeon, Hanna, Johannes Baptista, Christus ipse in assumta humanitate, Apostoli eorundemqve Discipuli & successores.

§.692. Causa *organica*, per qvam salutariter recipitur Verbum Evangelii, fides est, Joh.III,16.

§.693. Subjectum, *cui* offerendæ inæstimabiles Evangelii gazæ, ex Dei intentione sunt omnes omninò homines, 1. Tim.II,4. 2.Pet.III,9. actu autem applicantur tantùm credentibus. Rom. 1. 16.

§.694. Materia *circa qvam*, seu objectum *reale* sunt meritum Christi, & parta inde beneficia.

§.695. *Forma* est promissio gratiæ gratuita, Rom.III,24. IV,13.14.16. Gal. III,18. & ad finem ordinata, Joh.III,16. Marc.XVI,16. Act.X,43. Rom. X,9.10.

§.696. *Finis* Evangelii est vel *ultimus*, vel *intermedius*.

§.697. Finis ultimus est vel *absolutè*, vel *secundum qvid talis*.

§.698.

Marc. [illegible] XVI. 15

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0473
DFG

Accipitur hic Sacramentum, ita ut denotet Actionem divinam, qua prem coelestem et rem terrenam gratia divina nobis confertur, atque obsignatur.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0474
DFG

§.698. *Absolutè* seu simpliciter ultimus est DEI gloria, 2.Cor.IV,4.5.

§.699. *Secundùm quid* ultimus est salus animarum humanarum, 1.Pet.I,19.

§.700. *Intermedius* est tùm regeneratio,1.Pet.I, 23. tùm justificatio,Luc.I,77. Rom.III,21.Eph.VI, 15. cum connexis.

§.701. Definitio hæc est: *Evangelium est concio gratiæ gratuitæ, meritum Christi, eoq; parta beneficia hominibus offerens, & per fidem conferens, in DEI gloriam & eorum, quibus annunciatur, salutem.*

§.702. *Adjuncta* sunt (1.) Tempus patefactionis, (2) differentia Evangelii & Legis.

DE SACRAMENTIS.

§.703. Alterum medium salutis δεύτερον sunt *Sacramenta.*

§.704. Sacramentum dicitur à *sacrando*, Græcè μυστήριον, ἀπὸ τοῦ μυεῖσθαι, quod est *sacris initiari.*

§.705. Accipitur vox Sacramenti vel *generalissimè*, pro quavis re arcana & secreta; quomodo usurpatur in versione Latina, 1.Tim.III, v. ult. Eph.V,32. vel *specialius*, pro quovis rei cœlestis & sacræ signo; quomodo Augustinus *signum crucis* inter Sacramenta numerat: Vel *specialissimè* pro solemni actione divinitùs instituta, in qva per externum & visibile signum bona invisibilia gratiosè offeruntur, conferuntur & obsignantur.

§. 706. Atqve in hac postrema significatione, qvæ hujus loci est, accipitur vox Sacramenti vel ὁλικῶς, pro tota actione sacramentali, utramqve rem, terrenam & cœlestem, complectente; qvæ acceptio propriissima & frequentissima est: Vel μερικῶς, pro altera essentiali parte, videlicet symbolo externo, seu re terrena.

§. 707. Ita enim *res Sacramenti* ambiguè apud Patres sumitur; vel enim notat rem cœlestem, vel fructum Sacramenti salutarem. Atqve inde intelligendum, qvomodo à veteribus interdum negatum fuerit, *indignos accipere rem Sacramenti.*

§. 708. Causa *efficiens* Sacramentorum *principalis*, est solus Deus Unitrinus; non tamen exclusâ (qvoad Sacramenta Novi Testamenti) Humanâ Naturâ Christi, cui, uti omnis potestas, ita speciatim potestas instituendi Sacramenta, ex unione personali competit, Matth. XXIIX, 18.

§. 709. Causa *ministerialis* ordinariè & extra necessitatis casum esse debet Minister Ecclesiæ legitimè vocatus, ordinarius, mas, ab accipiente diversus, orthodoxus; secus se res habet *extraordinariè* & in casu necessitatis.

§. 710. *Qvalitas* atqve *intentio* causæ administræ, sive ordinariæ, sive extraordinariæ, nihil addit vel detrahit integritati atqve efficaciæ Sacramenti.

§. 711. *Materia, ex qva* constat qvodvis Sacramentum, gemina est; *res* nempe *terrena* & *cœlestis.*

§. 712.

1 Cor. IV. 1. Sie sind haushalter über etc.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0477
DFG

§. 712. Res *terrena* sive *externa*, est res corporea, visibilis, tractabilis, ordinata divinitùs in hoc, ut sit rei cœlestis ὄχημα, vehiculum ac medium exhibitivum.

§. 713. Res *cœlestis* sive *interna*, est res invisibilis, re terrenâ ac visibili, ceu mediô Divinitùs ordinatô, exhibita.

§. 714. Materia *circa qvam*, seu objectum, sunt soli homines, & qvidem viventes.

§. 715. Forma *generica* omnium Sacramentorum est integra actio externa circa rem terrestrem & cœlestem cujusvis Sacramenti.

§. 716. Actionem externam integram constituunt *actus formales*, in una totali actione indistractè se invicem subseqventes.

§. 717. Actus *formales* dicuntur, sine qvibus substantia Sacramenti integra esse nequit.

§. 718. Eorum numerô tres sunt, & qvidem ex parte ministri *consecratio* symbolorum, qvæ fit recitatione Verborum institutionis; nec non ipsa δόσις materiæ Sacramentalis: ex parte verò Subjecti Sacramento utentis λῆψις sive *acceptio*.

§. 719. *Norma*, juxta qvam peragenda actio Sacramenti, est Verbum mandati, Verbô institutionis comprehensum.

§. 720. *Effectus*, memoratam actionem Sacramentalem integrè peractam consequens, est unio rei terrestris cum cœlesti Sacramentalis, juxta naturam

turam & indolem Testamenti, ad qvod Sacramentum pertinet, explicanda.

§. 721. *Finis* alius *summus*, alius *intermedius* & *subordinatus* est.

§. 722. *Summus* est vel *absolutè talis*, gloria nempè sapientiæ ac bonitatis Divinæ; vel *secundùm qvid talis*, salus scilicet utentium.

§. 723. *Intermedius* alius *primarius*, alius *secundarius* est.

§. 724. *Primarius* est gratiæ Evangelicæ oblatio, collatio & obsignatio, Joh. III, 5. Eph. V, 26. Tit. III, 5. Rom. IV, 11.

§. 725. *Secundarius* est (1) Ecclesiæ Christi à cœtibus gentilium & sectariorum distinctio; (2) conservatio memoriæ beneficiorum Divinorum Ex. XII, 14. seqq. Ps. CXI, 4. Luc. XXII, 19. 1. Cor. XI, 24. 25. (3.) charitatis erga Deum & proximum accensio, 1. Cor. X, 17.

§. 726. Definitio hæc est: *Sacramentum est sacra & solemnis actio Divinitùs instituta, qvâ Deus interveniente hominis ministerio, mediante visibili atqve externo elemento, cum verbo institutionis conjuncto, rem cœlestem singulis utentibus exhibet, ad applicandam & obsignandam promissionem de gratuita peccatorum per Christum remissione.*

§. 727. *Adjuncta* sunt (1) *necessitas*, præcepti non tantùm, sed & medii externi, non tamen *absoluta*, sed *hypothetica*, (2) *circumstantiæ*, qvæ pro diversitate Sacramentorum variant.

§. 728.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0482
DFG

§. 728. Sunt autem Sacramenta alia *Veteris*, alia *Novi Testamenti*.

DE SACRAMENTIS VETERIS TESTAMENTI, & nominatim DE SACRAMENTO CIRCUMCISIONIS.

§. 729. Sacramenta Veteris Testamenti duo sunt; *Circumcisio & Agnus Paschalis*.

§. 730. Circumcisio dicitur à *circumcidendo*, sicuti περιτομὴ ἀπὸ τοῦ περιτέμνειν, qvia in ea circumsecabatur ac præcidebatur caro præputii.

§. 731. Accipitur vox hæc vel *metonymicè*, de populo circumciso Rom. II, 27. III, 30. XV, 8. Phil. III, 3. Tit. I, 10. vel *metaphoricè*, pro circumcisione cordis, Rom. II, 29. Col. II, 11. vel *præcisè*, pro ceremonia circumcisionis, seu sola actione externa. vel ὁλικῶς, *pro toto actu* circumcisionis, constante signo, mandato & promissione, Gen. XVII, 7. seqq. qvæ significatio hujus loci est.

§. 732. Causa efficiens *principalis* Deus instituens est, Gen. XVII, 10.

§. 733. Causa *administra* alia *ordinaria*, alia *extraordinaria* est.

§. 734. *Ordinariam* initiò Patriarchas, & post constitutam politiam Mosaicam, Sacerdotium Leviticum fuisse probabile est.

§. 735.

§. 735. *Extraordinariè* & in casu necessitatis, circumcisionis ritum peregerunt privata Ecclesiæ membra, ut constat ex Jos. V, 3. Exod. V, 25. 1. Macc. I, 63. 2. Macc. VI, 10.

§. 736. Causa *instrumentalis* phrasi Scripturæ petra, Ex. IV, 25. & culter petrarum, Jos. V, 5. dicitur.

§. 737. Subjectum *Quod* est homo, & qvidem solus, masculus, sive tenellus, sive adultus, sive Judæus natione, sive extraneus, religione Judæorum, præmissis præmittendis, initiari desiderans.

§. 738. Subjectum *Quo* est pars verecundior.

§. 739. Materia, *ex qva* constat hoc Sacramentum, est res terrestris & cœlestis typica.

§. 740. Terrestris & *externa* est caro præputii; cœlestis & *interna* Christus in tempore incarnandus, cum sangvine in assumta humanitate effundendo.

§. 741. *Forma* consistit in cruenta & dolorosa præputii amputatione, tùm activa, tùm passiva, conjuncta sine dubio cum aliqvo verbo αἰνέσεως, juxta analogiam reliqvorum Sacramentorum; de qvo confer Chemn. *Harm. c. IX. p. III.* Gerh. *in Gen. c. XVII. p. 359.* Buxtorf. *in Synag. Jud. p. 86.*

§. 742. *Norma* actionis Sacramentalis est Verbum institutionis, Gen. XVII, 7. 9. seqq.

§. 743. *Effectus*, actum hunc juxta normam præscriptam peractam consequens, est *unio Sacramentalis*, qvæ hîc juxta naturam Testamenti Veteris

Sicuti in Baptismi administratione in Laico
ti non denegatur potestas Baptizandi, sic in
privato Ecclesiae membro in casu necessitatis
licitum fuit circumcidendi

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0485
DFG

Obi. Ad sacramentū requiritur δόσις καὶ λήπσις

In sacramento v. circumcisionis δόσις quidem adest, λήπσις v. non adest videtur, cur? quia potius aliquid ab surpante hocce sacram: sumitur nimirū praeputium. hinc ferè contra dictio est accepit spoliationem praeputii.

R. σις λήπσις adest, nimirum vulnus.

ris se habet : estqve tantùm σχετικὴ seu *relativa*, rem cœlestem, Messiam scilicet qvatenus is incarnandus, & sangvinem humanitatis suæ effusurus erat, tantùm significans, non verò exhibens.

§. 744. Qvanqvam verò Redemtor æternus secundùm substantialem carnis assumendæ, & sangvinis aliqvando effundendi, Sacramento tum non erat præsens, aderat tamen qvoad personam, & secundùm efficaciam præstandi à se meriti.

§. 745. *Finis* circumcisionis alius *summus*, alius *intermedius* est.

§. 746. Summus est vel *absolutè talis*, gloria Divinæ bonitatis & sapientiæ; vel *secundùm qvid talis*, circumcisi salus æterna.

§. 747. Intermedius est vel *principalis*, vel *minùs principalis*.

§. 748. *Principalis* fuit tùm gratiæ fœderalis oblatio facta omnibus, tùm ejusdem gratiæ collatio & obsignatio, qvæ credentibus tantùm obtigit.

§. 749. *Minùs principalis* erat (1) Judæorum à gentibus discretio, (2) de corruptione naturæ & Messia ex semine Abrahæ orituro commonefactio. (3) circumcisio spiritualis, (4) matura ad crucem ferendam præparatio.

§. 750. Definitio hæc est : *Circumcisio est Sacramentum Veteris Testamenti prius, qvô DEUS ordinariè per Ecclesiæ ministrum, homini masculo, Ecclesiæ Judaicæ inserendo, præputii cruentâ resectione, futuram sangvinis Messiæ in assumta carne effu-*

effusionem præfigurante, fidem & gratiam fœderalem conferebat & obsignabat, ad Divinæ bonitatis & sapientiæ gloriam & ipsius circumcisi salutem.

§. 751. *Adjuncta* hujus Sacramenti sunt (1) Temporis circumstantia. (2) necessitas non absoluta, sed conditionata. (3) Solemnitas (4) irreiterabilitas (5) duratio.

DE AGNO PASCHALI.

§. 752. Pascha ab Hebræo פֶּסַח qvod *transitum* notat, deducitur, eò qvòd nocte illâ proximè institutionem Agni Paschalis secutâ, Angelus omnem Ægyptum percutiens, solorum Israëlitarum ædes transilierit iisqve pepercerit, Ex. XII, 12. 13.

§. 753. Acceptio vocis alia *Biblica*, alia *Ecclesiastica* est.

§. 754. *Biblicè* accipitur vel *propriè*, pro ipso transitu Ægyptiaco ab Angelo percussore facto; Exod. XII, 11. 27. vel *impropriè*; atqve sic iterum sumitur vel *latè*, vel *strictè*.

§. 755. *Latè* & Festum, & ipsum agnum, & Sacramentalem circa ipsum actionem significat, Num. IX, 2. seqq. 2. Par. XXXV, 1. 16. 17. 18. 19.

§. 756. *Strictè* notat (1) Festum paschale anniversarium, Ex. XXXIV, 25. Lev. XXIII, 5. Matth. XXVI. 2. Marc. XIV. Joh. VI, 4. (2) totam ei per septem dies adjunctam azymorum solemnitatem. (3) ipsum Agni paschalis sacrificium, 2. Par. XXXV, 1. 6. 7. 8. 9. 11. 13. Ex. XII, 21. Marc. XIV, 12. 14. 16. Luc.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0489
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0490
DFG

16. Luc. XXII, 7. 10. 13. 15. Devt. XVI. 2. 5. 6. 2. Par. XXX, 17. 18. (4) ipsam ceremoniam, sacramqve actionem, qvâ hoc Sacramentum Veteris Testamenti administrabatur. Ex. XII, 43. (5) Agni Paschalis antitypum, Christum, 1. Cor. V, 7.

§. 757. Stylo Ecclesiastico seu Patrum usurpatur de Sacramento sacræ Cœnæ, ut apud Isidorum Pelusiotam *lib. 4. ep. 162.* Augustinum *contra lit. Petiliani lib. 2. c. 27.* Gregor. Nazianz. *orat. 42. in cœnam Domini*; item de sacrificii à Christo in cruce peracti commemoratione etiam extra Eucharistiam, ut apud Chrysost. *Tom. 5. Serm. 86.* Hôc locô accipitur in sensu Biblico, pro ipsa ceremonia, sacraqve actione, qvâ Sacramentum hoc administrabatur.

§. 758. Causa efficiens *principalis* hujus Sacramenti Deus est, Exod. XII, 1.

§. 759. Causa *administra* manducationis sacrificialis agni postmodùm consumendi poterat esse qvisqvis paterfamiliâs, non solùm ante, sed & post constitutam politiam Mosaicam. Devt. XVI, 1. seqq. Ex. XII, 3. 6. 21. 28. Conf. Philonem *in lib. de Decalogo p. 481.*

§. 760. Concedimus tamen, jus istud à patribus familiis Sacerdotibus ac Levitis qvandoqve resignatum fuisse, eô scilicet tempore, qvô illi immunditiæ Legali laborabant; qvomodo explicamus loca Scripturæ, Esdræ VI, 20. 2. Par. XXX, 17. 18. XXXV, 10. 11.

§. 761.

§.761. *Subjectum* participans de agno paschali mactato & assato, erant *soli circumcisi*, seu Hebræi, seu peregrini, Ex.XII,44.45.48. adultiores tamen v.26.27. & mundi, Num.IX,6.

§.762. *Materia*, ex qva constat hoc Sacramentum, est *res terrena & cœlestis typica*.

§.763. *Terrena* erat agnus integer ac perfectus, masculus, ætate tenellus, ex communi grege desumtus, totus, non dimembratus, cum capite, cruribus & intestinis.

§.764. *Cœlestis* erat Christus, qvà mactandus secundùm humanitatem, ejusdemqve caro & sangvis, præfiguratus carne & sangvine agni typici.

§.765. *Forma* absolvitur toto illo complexu actionum Sacramentalium, nempe verborum institutionis repetitione, agni segregatione, mactatione, assatione, manducatione & sangvinis asperssione, Ex.XII,3. seqq.27.

§.766. *Norma* actionis Sacramentalis est verbum institutionis, Ex.XII,27.

§.767. *Effectus* actionem ritè peractam consequens est unio typica & per figuram, 1 Cor.V,7.

§.768. Finis Sacramenti agni paschalis alius *summus*, alius *intermedius* est.

§.769. Summus est vel *absolutè* talis, gloria nempe Divinæ bonitatis & sapientiæ; vel *secundùm qvid talis*, hominum videlicet salus, Ex.XII, 15. Num.IX,12.

§.770. Intermedius alius *primarius*, alius *secundarius* est.

§.771.

§. 771. *Primarius* est fidei confirmatio & gratiæ fœderalis, ac speciatim præstandæ per sangvinem agni antitypici liberationis obsignatio, 1. Cor. V, 7. 8. Hebr. XI, 28.

§. 772. *Secundarius* est (1) liberatio corporalis ab Angelo percussore, (2) memoriæ beneficii eductionis ex servitute Ægyptiaca conservatio, (3) futuræ defensionis ac protectionis certioratio.

§. 773. Definitio hæc est: *Agnus Paschalis est alterum Veteris Testamenti Sacramentum, quo Deus per agnum typicum verbo singulariter consecratum, mactatum & manducatum, liberationem à morte spirituali obtulit, & credentibus contulit, in sapientiæ & bonitatis suæ laudem & utentium salutem.*

§. 774. *Adjuncta* sunt (1) solemnitas (2) necessitas, Ex XII, 15. Num. IX, 13. (3) duratio.

DE SACRAMENTIS NOVI TESTAMENTI, & nominatim DE BAPTISMO.

§. 775. Fuêre Sacramenta Testamenti Veteris: seqvuntur ea, qvæ Novi sunt.

§. 776. Eorum duo numerantur: *Baptismus* & *Cœna Domini.*

§. 777. Baptismus à Græco βαπτισμὸς est, qvod descendit ἀπὸ τοῦ βαπτίζειν, qvod non tantùm immersionem in aqvam, sed & aspersionem denotat, Marc. VII, 3. 4. Luc. XI, 38. Hebr. IX, 10.

§. 778. Accipitur vox hæc vel *impropriè*, vel *propriè*.

§. 779. Impropriè accepta sumitur vel *metaphoricè*, vel *synecdochicè*.

§. 780 Metaphoricè usurpatur (1) pro cruce, calamitate, martyrio, seu *baptismo sanguinis* Matth. XX, 22. Marc. X, 38. Luc. XII, 50. (2) pro donorum Spiritus Sancti effusione, seu *baptismo Flaminis*, Matth. III, 12. Marc. I, 8. Luc. III, 16. Act. I, 5. XI, 16. (3) pro miraculosa transitione Israëlitarum per mare rubrum, 1. Cor. X, 1. 2.

§. 781. Synecdochicè significat informationem in doctrina fidei, Matth. XXI, 26. Marc. XI, 30. Act. XIIX, 25. 1. Cor. X, 2. Vocatur à nonnullis *baptismus luminis* seu doctrinæ.

§. 782. Propriè accipitur vel *generaliter*, pro qvavis lotione. Hebr. IX, 10. Marc. VII, 4. Luc. XI, 38. vel *specialiter*, pro Sacramento primo Novi Testamenti, seu *baptismo fluminis*. Qvæ significatio hujus loci est.

§. 783. Causa efficiens Baptismi alia *principalis*, alia *ministerialis* est.

§. 784. Principalis est tota Sacrosancta Trinitas, Matth. XXIIX, 19. Pater, ut origo & principium Trinitatis; Filius, ceu ἀυτοπροσώπως in assumta humanitate instituens, sanctificans & promerens; Spiritus Sanctus ceu tertia persona, per qvam Pater & Filius sanctificationis opus in tempore exeqvitur, 2. Cor. III, 6.

§. 785.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0498
DFG

§. 785. Ministerialis *ordinarie* est Minister Ecclesiæ vocatus, ordinatus, orthodoxus, & si fieri semper possit, vitâ inculpatus.

§. 786. Extraordinariè verò & *in casu necessitatis*, baptismum administrare potest etiam minister hæreticus, aut notoriè improbus; qvin & Laicus ac fœmina; dummodo verba institutionis integrè pronuncientur, & in substantia nihil immutetur.

§. 787. Materia, *ex qva* constat hoc Sacramentum, est res terrena & cœlestis.

§. 788. *Res terrena* est sola aqva, Joh. III, 5. Eph. V, 26. Matth. XXIIX, 19. eaqve non factitia aut medicata, sed naturalis, pura, sive calida sive frigida sive tepida; sive pluviatilis, sive rorulenta, sive ex stagno aut mari hausta, & in qvacunqve, etiam minima, qvantitate exhibita.

§. 789. *Res cœlestis* est tota Sacrosancta Trinitas, Matth. XXIIX, 19.

§. 790. *Forma* consistit tùm in hominis baptizandi in aqvam immersione, sive qvod perinde est, in aqvæ affusione, cum repetitione verborum institutionis conjuncta; tùm in λήψει seu receptione aqvæ affusæ seu aspersæ.

§. 791. *Norma* actionis hujus Sacramenti est Verbum institutionis.

§. 792. *Effectus* actionem ritè peractam consequens, est *Unio Sacramentalis*, qvæ eô ipsô momentô fit, qvo aspergitur homo aqvâ.

§. 793. Est hæc unio non *relativa* tantùm aut figurativa seu typica, qvalis erat in Sacramentis Testamenti Veteris: sed *exhibitiva rei cœlestis*, tanqvam verè realiterqve præsentis: unde aqva in ☵ sua sacramentali spectata, non est nuda aqva, sed lavacrum regenerationis in Verbo, utpote cum ipsa Sacro-sancta Trinitate modo ineffabili unita, Joh. III,5. Eph. V,26. Tit. III,5. 1. Petr. III,21. 1. Joh. I, 7.

§. 794. *Objectum* sunt soli homines, vivi, non resistentes, sine discrimine gentis, status, sexûs & ætatis.

§. 795. *Finis* Baptismi alius *summus*, alius *intermedius* est.

§. 796. Summus est vel *absolutè talis*, ut gloria sapientiæ & bonitatis Divinæ; vel *secundùm qvid talis*, ut animarum salus. Marc. XVI. 16. Tit. III,5.

§. 797. Intermedius est vel *primarius*, vel *secundarius*.

§. 798. *Primarius* in Infantibus est fidei & gratiæ fœderalis collatio; in adultis credentibus fidei & gratiæ confirmatio & obsignatio: respectu omnium omninò baptismi Candidatorum, fidei & gratiæ ac bonorum spiritualium ad eum pertinentium oblatio.

§. 799. *Secundarius* est (1) Christianorum à cœtibus gentilium discretio, (2) Commonefactio de impuritate naturali. (3) recordatio amoris Christi. (4) adhortatio ad novitatem vitæ.

§. 800.

Eritus Friedlibius. Indifferentista coenā inter
nos ō ee coenam, affirmat, quia horis antemeridia-
nis usurparemus. Sed Rsp. Nostra Ecclesia tempus
antemeridianū praescripsit eam obcausam
quia horis postmeridianis, magnus extitit
abusus.
Attamen oī jure coena ē appellanda, quia
hoc vocabulum à prima institutione derivamus

§.800. Definitio hæc est: *Baptismus est primus Novi Testamenti Sacramentum, quô DEUS ordinariè per Ecclesiæ ministrum, per aquæ aspersionem, sive in aquam immersionem, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti factam, homini fidem & gratiam fœderalem offert, confert, obsignat, in sapientiæ & bonitatis suæ laudem, & baptizati salutem.*

§.801. *Adjuncta* sunt solennitas, necessitas, irreiterabilitas, duratio.

DE SACRAMENTO COENÆ.

§. 802. *Cœna* dicitur hoc Sacramentum, qvia nocte eâ, qvâ traditus est Christus, post cœnam vulgarem, institutum legitur. *Dominica* verò appellatur ab Institutore, Domino nostro JESU Christo; nec non à bonis Domini, qvæ in ea distribuuntur.

§. 803. Vocatur aliàs in Scriptura Mensa Domini, 1. Cor. X, 21. Communicatio corporis & sanguinis Christi, 1. Cor. X, 16. Novum Testamentum, Luc. XXII, 20. 1. Cor. XI, 25. Patribus Græcis dicitur εὐχαριστία, σύναξις, ἀγάπη, λειτουργία, θυσία, προσφορὰ, μυστήριον. Latinis: Sacramentum aliatis, Missa.

§. 804. *Causa* efficiens Sacramenti Cœnæ alia *principalis*, alia *ministerialis* est.

§. 805. *Principalis* solus DEUS Unitrinus est; speciali autem ratione Filius DEI ἐνσαρκωθεὶς, ἀνθρωποπρεπῶς Sacramentum hoc instituens, Matth. XXVI, 26. Marc. XIV, 22.

§. 806. *Ministerialis* est Ecclesiæ Minister solus.

§. 807. Materia, *ex qva* constat hoc Sacramentum, est res terrena & cœlestis.

§. 808. *Terrena* est tum panis secundum substantiam verus, è farina & aqva subacta pistus: nihil autem interest, fermentatus, an azymus, oblongus, an orbicularis &c. sit. Tum vinum, idqve verum, naturale, in qvacunqve qvantitate aut qvalitate, Matth. XXVI, 29. Luc. XXII, 19. 29.

§. 809. *Res cœlestis* est verum ac substantiale Christi corpus, Matth. XXVI, 26. Marc. XIV, 22. Luc. XXII, 19. 1. Cor. XI, 24. & verus ac substantialis sangvis Christi, Matth. XXVI, 28. Marc. XIV, 24.

§. 810. *Forma* Cœnæ Dominicæ est integra externa actio circa rem terrestrem & cœlestem hujus Sacramenti.

§. 811. Actionem externam integram constituunt in utraqve Eucharistiæ parte, actus formales, in una totali actione indistracte se invicem subseqventes.

§. 812. Eorum *tres* sunt: & qvidem *ex parte ministri, consecratio* symbolorum, repetitione verborum institutionis facta: nec non symbolorum consecratorum *distributio*.

§. 813. *Ex parte hominis* Sacramento utentis est panis & vini benedicti λῆψις, qvæ manducatione & bibitione absolvitur.

§. 814.

Esse: verbū ē exhibitivū. hinc falsū ē
quod saly: Reformati significationem ver-
bi ESSE mutare volunt dum affirmant,
verbum ESSE non ppriā suā significatiōe
habere, d. id ttm indicare, quod verbum
Significat, quare rectius dicendū ēē
arbitrantur; hoc significat corpus meū,

Vocabulum ꝓprie et Physice differunt utilatius et angustiꝰ. ~~potest~~ omne quidem quod physice adest adest in ꝓprie, non Contra.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0506
DFG

§. 814. *Norma* est verbum institutionis.

§. 815. *Effectus* consequens est unio rei cœlestis & terrestris Sacramentalis.

§. 816. Unio hæc est vera realisque benedicti panis & corporis, itemque vini benedicti & sanguinis Dominici conjunctio, vi & efficacia verborum Testatoris facta, ut per os corporis, modo supernaturali & ineffabili, simultaneâ manducatione Domini corpus cum pane, & simultaneâ bibitione sanguis cum vino consecrato, sumatur, Matth. XXVI, 26. 1. Cor. X, 16.

§. 817. Ex unione itaque ista est Sacramentalis rerum cœlestium cum rebus terrenis manducatio & bibitio, vera, realis, propriaque, proprietate non *Physica*, sed *significationis* seu Grammaticâ, oppositâ Tropis rhetoricis.

§. 818. Est autem manducatio ac bibitio verè & propriè sic dicta *in genere*, assumtio rei esculentæ vel potabilis, per os in corpus, ad reficiendas vires naturales vel spirituales.

§. 819. *In specie* Sacramentalis manducatio ac bibitio est, quâ ore corporeo in τάξει Sacramentali constituto, uno eodemque ac indiviso actu, totum complexum Sacramentale, constans ex re terrena & cœlesti; & quidem corpus mediante pane, sanguis mediante vino benedicto, à dignis æquè ac indignis percipitur, ad refectionem spiritualem ex parte Dei intentam.

§. 820. Subjectum *cui* instituta est Sacra Cœna, omnes Christiani sunt, qvi comedere ac bibere, ac cibum & potum hunc mysticum dijudicare, seqve ipsos probare ac mortem Domini annunciare possunt, Matth. XXVI, 28. Luc. XXII, 19. 1. Cor. XI, 23. 26. 28.

§. 821. Indigni etiam participant substantiam Sacramenti, licet fructum ejus non percipiant, 1. Cor. XI, 27.

§. 822. Finis est vel *ultimus*, vel *subordinatus*.

§. 823. *Ultimus* est vel *absolutè talis*, ut gloria Divinæ bonitatis & sapientiæ; vel *secundùm quid talis*, ut hominum salus.

§. 824. *Subordinatus* est vel *primarius*, vel *secundarius*.

§. 825. *Primarius* est nutritio & augmentatio communicantium hyperphysica, fidei nostræ confirmatio, promissionis Evangelicæ de remissione peccatorum obsignatio, continuatio, & certioratio præsentiæ DEI gratiosæ, arctior fidelium cum Christo unio.

§. 826. *Secundarius* est mortis Christi commemoratio, Christianorum à paganis separatio, arctior fidelium inter sese unio.

§. 827. Definitio hæc est: *Sacra Cœna est Sacramentum Novi Testamenti alterum, qvô Deus hodiè manu ministri Ecclesiæ ordinarii, mediante pane benedicto, verum atq; substantiale suum corpus ore corporis, modô tamen supernaturali, manducandum,*

Joh. XV. 9. Bleibet in mir und ich in euch

brevius sic definitur Sacramentū Sc. Cenae
est alterum Sacramentum Novi Testamenti, quo
mediante pane et vino verum substanti
ale corpus ac sanguis ore modo tn hypphy
sico edimus ac bibimus

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0510
DFG

dum; & mediante vinô benedictô verum atq; substantialem suum sanguinem, ore corporis, modo tamen hyperphysico nobisq; incognito, bibendum, communicantibus verè realiterq; exhibet, hocque ipso fidem illorum confirmat, & gratiam fœderalem iisdem obsignat, in bonitatis & sapientiæ suæ laudem & participantium salutem.

§. 828. *Adjuncta* sunt (1) Solemnitas, ratione loci, temporis & ceremoniarum spectata, (2) duratio, (3) usurpationis frequentia, (4) abusus.

DE TESTAMENTIS DIVINIS.

§. 829. Dispositio Divina circa media salutis *δοῦλικὰ* hactenus explicata, omnemque Divinum cultum & formam regiminis in Ecclesia, appellatur *Testamentum*, & quidem pro diversitate temporum & formæ dispensationis, modò *vetus*, modò *novum*.

§. 830. Testamentum latinis *à testando* dicitur, quasi *testatio mentis*, notatq; vi vocis omne id, quô quis voluntatem suam testatam facit.

§. 831. Hebræis vocatur בְּרִית hoc est, pactum vel fœdus inter duos sancitum, à rad. בָּרָה elegit, quia in fœdere eliguntur tùm personæ, inter quas, tùm res ac conditiones, propter quas fœdus initur.

§. 832. Nomen Hebræum Aquila & Symmachus expressêrunt per Græcum συνθήκη, quod fœdus & pactum conventumq; notat: LXX. verò interpretes, & hos secuti Scriptores Novi Te-

ſtamenti ubiqve per διαθήκην reddiderunt; qvod ratione etymi diſpoſitionem ſignificat.

§. 833. Interpres Latinus Hebræum ברית & Græcum συνθήκη, promiſcuè exprimit, modò per Teſtamenti, modò per pacti, modò per fœderis nomen, qvæ tamen non coincidunt prorſus, ſed accuratè diſtingvenda ſunt.

§. 834. In civili qvidem ſocietate qvomodo hæc differant, JCti docent: ſed nec minor in Theologia inter fœdus gratiæ & Teſtamentum differentia eſt; qvæ niſi probè obſervetur, magna ſubinde in hoc loco orietur confuſio.

§. 835. Nam (1) Teſtamentum reqvirit ad ſui confirmationem mortem Teſtatoris, Hebr. IX, 16. At fœdus gratiæ, qvanqvam aliter robur non habeat, qvàm interventu mortis Chriſti, non tamen id ei tribuendum, ut ſimpliciter fœdus, ſed ut Teſtamentarium fœdus eſt, reſpiciens Teſtatorem, bona ſangvine ſuo emta fœderatis legantem. (2) Fœdus gratiæ perficitur reciproca ſtipulatione, qvâ ſcilicet DEUS ſe nobis obſtringit, qvod velit noſter eſſe, & nos viciſſim DEO obſtringimur, qvòd velimus populus ipſius eſſe. At Teſtamentum Divinum *qvà tale*, ex parte legatarii ſaltem conditionem ponit & obligat. Dico *qvà tale*: nam *qvà fœderale* ſeu cum fœdere gratiæ, circa cujus diſpenſationem occupatur, complicatum eſt, obligationem etiam ex parte DEI continet. (3) Fœdus gratiæ ſtatim poſt lapſum in paradiſo cœpit: At Teſtamenta Divina longè pòſt exiſten-



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0513
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0514
DFG

ſtentiam ſuam ſortita ſunt. (4) Fœdus gratiæ unum eſt: Teſtamentum duplex. (5) Fœdus gratiæ perpetuò durat & invariabile eſt; Teſtamentum abrogari poteſt. (6) Fœdus gratiæ ſubjacet diſpoſitioni Teſtamentariæ ceu objectum & materia, circa qvam Teſtamentum occupatur: At Teſtamentum eſt ipſa diſpoſitio de fœdere.

§. 836. Cæterum nomina, בְּרִית, Ἀλλαγὴ & Teſtamentum, διαθήκη ſunt; qvam διαθηκαίαν evolutam vide in Diſput. noſtra *de Natura Teſt. Vet. cap. 1. §§. 6. ſeqq.* Hoc verò locô notat diſpoſitionem Divinam de religionis legitima diſpenſatione, pacto mortuario humano ἀναλόγως reſpondentem. Ita accipitur vox *Hebræa* Ex. XXIV, 8. Jer. XXXI, 31. ſeqq. *Græca* Ex. XXIV, 3. ſeqq. Matth. XXVI, 28. Marc. XIV, 23. Luc. XXII, 20. 1. Cor. XI, 25. Gal. IV, 24. ſeqq. Heb. VII, 22. IIX, 6. IX, 15. X, 29. XII, 24. XIII, 20. *Latina* in verſione vulgata, Matth. XXVI, 28 Marc. XIV, 24. Luc. XXII, 20. 1. Cor. XI, 25. Gal. IV, 24. Heb. VII, 22. &c.

§. 837. Qvoad rem itaqve Teſtamentum Divinum, hoc loco, pront à Veteri & Novo abſtrahit, *eſt diſpoſitio liberrimæ DEI voluntatis de cultu Divino, mediis, ſalutis, ac forma regiminis in Eccleſia, obſignata & confirmata ſanguine & morte Teſtatoris, in gratiæ ac juſtitiæ Divinæ laudem & hominum ſalutem.*

§. 838. Diſtingvitur Teſtamentum hoc *in Vetus & Novum.*

DE

DE TESTAMENTO VETERI.

§. 839. Terminus *Veteris Testamenti* usurpatur (1) pro scriptis Mosis & Prophetarum, 2. Cor. III, 14. (2) pro statu veræ Ecclesiæ ab exordio mundi usqve ad Messiæ adventum: qvæ qvidem acceptio non Scripturæ, sed Ecclesiasticis Scriptoribus usitata est; (3) pro solemni illa religionis & politiæ Judaicæ in monte Sinai facta œconomia ac dispensatione, Jer. XXXI, 31. 32. Gal. IV, 24. seqq. Hebr. IIX, 7. 13. IX, 15. 18. Posterior significatio hujus loci est.

§. 840. Causa *efficiens* Testamenti veteris *principalis*, suô modô tota Sacrosancta Trinitas, peculiari tamen ratione Filius Dei ἀσυρκ & est, utpote benignissimam illam, de lapsorum reparatione voluntatem ac dispositionem in assumta humanitate morte suâ confirmaturus & sangvine suo obsignaturus.

§. 841. Causa *impulsiva interna* Dei bonitas ac benignitas: *externa*; mors Testatoris futura & in typis ostensa est, Hebr. IX, 17. 18.

§. 842. Causa *ministerialis* certo respectu sunt tùm Angeli, tùm Moses, ceu Mediator inter Deum & populum veterem, Gal. III, 19. Joh. I, 17.

§. 843. Subjectum, *ad qvod* spectat Testamentum vetus cum beneficiis suis, sunt Hæredes instituti, & qvidem *primariò* Judæi, Ex. XIX, 5. Deut. VII, 6. Act. III, 25. Rom. IX, 4. *secundariò* gētiles, ad qvos etiã pertinebat promissio fœderalis, qvatenus




Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0518
DFG

nus spiritualia ac cœlestia bona offerebat Gen. XII, 3. XXII, 18. Rom. IV, 11. 12. Gal. III, 7. 8. 9. Act. II, 39.

§. 844. Materia *circa qvam*, seu objectum, sunt tùm religio & cultus Divinus; tùm bona legata; eaqve partim *corporalia*, qvæ inter eminebat possessio terræ Canaan, cœlestis civitatis typus; Hebr. XIII, 10. partim *spiritualia*, gratia scilicet Divina, justitia fidei, &c. Lev. XXVI, 12. partim *cœlestia* & æterna, amœnitate ac felicitate terræ Canaan adumbrata, Heb. XI, 10. Act. XV, 11. Heb. IX, 15.

§. 845. *Forma* consistit in dispensatione religionis ac cultus Divini solemni, umbratili, onerosa, obsignata sangvine pecuino typico.

§. 846. *Finis* est vel *summus*, vel *subordinatus*.

§. 847. Summus est vel *absolutè talis*, laus gratiæ ac justitiæ Divinæ: vel *secundùm qvid talis*, hæredum salus

§. 848. Subordinatus est vel *principalis*; vel *minus principalis*.

§. 849. *Principalis* est pædagogia ad Christum exhibendum, fideiqve & gratiæ fœderalis collatio & confirmatio.

§. 850. *Minus principalis* est populi electi à gentilibus discretio, genealogiæ Messiæ, nec non boni ordinis in Ecclesia & politia Judaica conservatio.

§. 851. Definitio hæc est: *Testamentum Vetus est dispositio liberrimæ DEI voluntatis, de religione & cultu Divino bonisqve testamentariis, partim im-*

me-

mediatè per ipsum DEI Filium ἄσαρκον, partim interveniente Mosis ministeriô, solenniter publicata, umbris involuta, onerosa, obsignata sangvine pecuino typico, in populi veteris salutem ac decus, & justitiæ ac gratiæ Divinæ laudem.

§. 852. *Adjuncta* sunt promulgationis locus, tempus, modus, relatio in tabulas, obligatio, rigor exactionis, duratio.

DE TESTAMENTO NOVO.

§. 853. Terminus *Novi Testamenti* sumitur (1) pro doctrina scriptis Evangelistarum & Apostolorum comprehensa. (2) pro toto statu Ecclesiæ à Salvatoris nativitate usqve ad ultimum mundi finem. (3) pro nova & solemni illa doctrinæ cœlestis per Christum primùm revelatæ; ac postmodum Apostolorum ministerio per universum terrarum orbem promulgatæ dispensatione, Jer. XXXI, 31. Matth. XXVI, 28. Hebr. VII, 22. IIX, 6. 13. IX, 15. XII, 24. 2. Cor. III, 6. Postrema significatio hujus loci est.

§. 854. Causa *efficiens* Testamenti Novi *principalis* est tota Sacrosancta Trinitas; peculiari tamen ratione λόγου ἐνσαρκου, in qvantum is, ceu divinitùs ordinatus Mediator, gratiosam sanctissimæ Trinitatis de hominum salute voluntatem, ἀνθρωποπρεπῶς in assumta humanitate, morte suâ confirmavit, & sangvine suo obsignavit, Hebr. IX, 12. 14. 15.

§. 855.

§. 855. Causa *impulsiva interna* est DEI liberrima voluntas, ejusqve bonitas ac benignitas: *externa* mors cruenta Testatoris, non *typica* amplius, sed *vera* & realis, in proprio Messiæ incarnati corpore exantlanda.

§. 856. Causa *ministerialis* est tùm ipse Christus secundùm Humanitatem assumtam, Rom. XV, 8. Matth. XX, 28. Marc. X, 45. tùm Apostoli, Matth. XXIIX, 19.

§. 857. *Subjectum*, ad qvod spectat Testamentum novum cum beneficiis suis, sunt *primò* & præcipuè filii Abrahæ secundum carnem, Rom. IX, 4. 5. 8. Act. III, 25. 26. Matth. XV, 24. 26. X, 5. Act. XIII, 46. Rom. XI, 16. 17. 19. *secundario* gentiles: qvæ tamen inæqvalitas nunc, dirutô per Christum pariete intergerinô, sublata est, Eph. II, 14. 19.

§. 858. Materia *circa qvam* seu Objectum sunt tùm religio & cultus Divinus, tùm bona legata spiritualia & cœlestia, comprehensa formulâ illâ fœderali solemni: *Ero eis in DEUM, & ipsi mihi erunt in populum*, Jer. XXXI, 33. Hebr. IX, 10.

§. 859. *Forma* consistit in dispensatione religionis ac cultus Divini solemni, ipsum corpus ac complementum in Christo exhibente, Hebr. X, 1. Col. II, 17. experte jugi veteris, Act. XV, 10. Gal. V, 1. obsignataq; ipsius Testatoris sangvine, Heb. IX, 15. 16. 18. 22. 23. 26.

§. 860. *Finis* est vel *summus*, vel *subordinatus* seu intermedius.

§. 861.

§. 861. Summus est vel *absolutè talis*, laus gratiæ & justitiæ Divinæ; vel *secundùm quid talis*, hæredum salus.

§. 862. Intermedius est vel *primarius*, vel *secundarius*.

§. 863. *Primarius* est pædagogia ad Christum *exhibitum*, fideiqve & gratiæ fœderalis collatio ac confirmatio.

§. 864. *Minus principalis* est populi fidelis à cœtibus infidelium discretio, & ordinis boni in Ecclesia conservatio.

§. 865. Definitio hæc est: *Testamentum Novum est dispositio liberrimæ DEI voluntatis de religione & cultu Divino, bonisqve testamentariis solemnis, partim per ipsum DEI Filium ἐνσαρκον, partim per Apostolos publicata, ipsum corpus ac complementum in Christo exhibens, expers jugi veteris, ipsiusqve Testatoris sangvine obsignata, in justitiæ & gratiæ Divinæ laudem, & hæredum salutem.*

§. 866. *Adjuncta* sunt: Tempus publicationis, duratio, ejusdem ac veteris convenientia & differentia.

DE CONVENIENTIA VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

§. 867. Conveniunt Vetus & Novum Testamentum (1) *quoad causam efficientem*, qvæ utrobiqve DEUS Unitrinus est.

§. 868.

§.868. (2) *Quoad causam impulsivam* internam, qvæ utrobiqve liberrima Dei voluntas & mera ejus misericordia est.

§.869. (3) *Quoad impellentem externam*, qvæ utrobiqve cruentum Messiæ meritum est.

§.870. (4) *Quoad bona legata præcipua:* Nam Patribus Veteris Testamenti æqvè ac nobis promissa fuêre bona spiritualia & cœlestia, gratia scilicet fœderalis, justitia fidei, inhabitatio Spiritûs Sancti, vita æterna &c. Gen. XVII,7. Ex. III,6. Lev. XXVI,12. Matth. XXII,32. Hebr. XI, 9.10. Act. III,25. XV,11.

§.871. (5) *Quoad modum justificationis & medium ejusdem* ex parte nostri ληπτικὸν, qvod utrobiqve sola fides est. Act. XV,11. X,43. Rom. IV, 23 24.25.

§.872. (6) *Quoad objectum fidei* justificantis proprium & adæqvatum, qvod qvoad substantiam utrobiqve idem est, cruentum nempe Messiæ meritum, Act. IV,12. X,43. XV,11. ab omnibus omninò salvandis explicitè & distinctè cognoscendum. Joh. XVII,2.3. 1. Joh. II,23. Eph. II,12. Rom. X,14. Joh. V,23. Act. XV,11.

§.873. (7) *Quoad revelationis sufficientiam*: qvantum enim ad salutem sufficit, utrobiqve revelatum est, 2. Tim. III, 15.16.17. 2. Pet. I, 16.17.19. Luc. XXIV,25.26.

§.874. (8) *Quoad legis moralis perfectionem essentialem*, qvæ utrobiqve eadem, Ps. XIX, 8.9.10. Deut. IV,1.2. XII,32.

§. 875. (9) *Qvoad vim legis moralis* non tantùm directivam, sed etiam qvoad impotentiam justificandi, Gal.III,11.12. Rom.IIX,3. vim maledicendi, Gal.III,10. & obligandi omnes omninò, qvi ex legis operibus salvari contendunt, ad perfectam omnibus modis obedientiam, Rom.VII.14. Gal. III,10. Jac.II,10.

DE DIFFERENTIA TESTAMENTI VETERIS & NOVI.

§. 876. Differunt Testamentum Vetus & Novum (1) *Circumstantiâ Messiæ Testatoris*, qvi in veteri spectabatur ut incarnandus & exhibendus; in novo ut incarnatus & exhibitus.

§. 877. (2.) *Mediatore fœderis cum Testamento connexi.* In Test. Vet. Mediator erat Moses, Gal.III, 19. In Novo solus Christus, Joh.I,17. Heb.III,3. seq. IIX,6. IX,15.

§. 878. (3) *Qvalitate & objecto promissionum.* Vetus Testamentum eqvidem etiam habet promissiones de Objectis spiritualibus & cœlestibus, sed sub conditione pædagogica perfectè servatæ legis: at Novi Testamenti promissiones puræ sunt, suspensæ à solo Christi meritô fide apprehenso, Rom. X,5.6.7.8.9.IV,14.16. Gal III,18. Deinde Vetus Testamentum habuit promissiones speciales de possessione terræ Canaan, & conservatione politiæ Judaicæ; at Novum Testamentum præter bona spiritualia & cœlestia nihil promittit, qvàm generatim bona corporalia cum exceptione crucis.

§. 879. (4.) *Modô exhibendi promissa.* Vetus habet

σκιὰ μελλόντων ἀγαθῶν; Novum ipsum σῶμα ac complementum in Christo exhibet ac sistit.

§.880. (5) *Obsignatione.* Vetus obsignabatur sangvine pecuino typico: Novum sangvine ipsius Testatoris, Ex. XXIV, 8. Heb. IX, 15. seqq.

§.881. (6) *Circumstantiâ circa materiam imputationis* justificæ. Imputabatur enim hominibus Vet. Test. obedientia Messiæ non præstita, sed præstanda. Conf. Rom. III, 25. 26. Heb. IX, 15. Novi verò Testamenti fidelibus imputatur lytrum non solvendum demum, sed actu jam solutum.

§.882. (7) *Ceremoniarum qvalitate & qvantitate.* Aliæ enim Veteris, aliæ Novi Testamenti sunt: plures etiam erant ceremoniæ Veteris Testam. ac Novi fuut, indeqve veteris administratio longè onerosior & difficilior fuit.

§.883. (8) *Terminô pædagogiæ legis.* In Veteri namqve Testamento Lex pædagogus erat ad Christum exhibendum; in Novo ad exhibitum.

§.884. (9) *Rigore exactionis legalis.* In Veteri Testamento exigebatur rigidiùs lex; non item in Novo, non qvòd hodiè norma benè vivendi non ampliùs sit; sed qvòd onerosior illa ad Christum exhibendum pædagogia desierit.

§.885. (10) *Legis impletione.* In Veteri Testamento Lex urgebatur, sed non implebatur: in Novo verò urgetur secundùm indolem Testamento huic propriam, & ab ipso Messia in vicem humani generis surrogato impletur.

§.886. (11) *Modô revelationis.* In Veteri Testa-

mento doctrina cœlestis comparatè loqvendo inevidentiori revelatione propositа est; at major lux Novi Testamenti esse debuit, Rom. XIII, 12. 2.Cor.III,14.

§. 887. (12) *Publicatione* seu promulgatione. Vetus Testamentum publicabatur tempore eductionis Israëlitarum ex Ægypto, in monte Horeb in deserto Sinai; & qvidem partim immediatè per ipsum Dei Filium ἄνωθεν, partim ministerio Angelorum & Mosis: At Novum prodiit in fine temporum, Es.II, 2. Mich.IV,1.2. ex Sion & Jerusalem, Esa.II,2. Gal.IV.24. & qvidem partim immediatè per ipsum Dei Filium ἔνσαρκον, partim ministerio Apostolorum.

§. 888. (13) *Latitudine & complexu.* Vetus Testamentum initum fuit cum populo Israëlitico: at Novum ejusdem cum toto terrarum orbe latitudinis est, Matth.XXIIX,19.

§. 889. (14) *Duratione.* Vetus Testamentum unà cum Politia Judaica abrogandum fuit: Heb. VII,18.IIX,13. Novum autem in consummationem usqve seculi persistet, 1.Cor.XV,24.

DE FIDE.

§. 890. Fuerunt hactenus media salutis ex parte Dei δοτικὰ. Seqvitur nunc medium λητπικὸν, qvod Fides est merito Christi innixa. Joh. III. 16. & XI. 1.

§. 891. Causa *efficiens* fidei salvificæ *principalis* Deus Unitrinus; Joh.VI,29.Col.II,12. *terminative* verò Spiritus Sanctus est, 1. Cor.XII,3.Eph.I,17.

§. 892.

Fides ex auditu (verbi sc:) oritur.
Ex auditu v: verbi in Deum non oritur
fides, hoc est non Ens.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0533
DFG

Quaeritur an Minister ecclesiae irregenitus posset irregenitum regenerare, resp: affirmando, quia Minister non agit suis viribus, sed applicat verbū Dei, in quo vis vis ꝯtinetur, patienti.

Notitia Assensus et fiducia à non nullis theologorū nominantur gradus. Sed non satis cōmode nominant gradus sed potius: Partes fidei.

rat. quia gradus praesupponūt magis vel minus. quod hic non deprehenditur.

Si notitia et Assensus adest sine fiducia tunc fides est historica, fiducia igitur ad fidem necessariò requiritur.

§. 892. Medium *conferens* in adultis *primò* Verbum Evangelii prædicatum, auditum, lectum, devotè consideratum, Johan.XVII, 20. Rom.X, 17. 1.Corinth. I, 21. 2.Cor. IV, 6. *pòst* Sacramenta sunt; in infantibus verò *primò* baptismus principium, fidem generans est, Tit. III,5.

§.893.Causa *administra* est Ministerium Verbi 1.Cor.III,5.

§. 894. *Materia* qvasi *ex qva* sunt partes fidei materiales,qvarum tres sunt: Notitia, Assensus, Fiducia.

§.895. *Notitia* est cognitio seu apprehensio intellectualis promissionis de gratuita peccatorum nostrorum remissione per Christum.

§. 896.*Assensus* est judicium intellectûs approbans, qvô credimus promisso de gratuita nostri justificatione, inqve eo simpliciter acqviescimus.

§.897. *Fiducia* hîc non accipitur pro παῤῥησία seu confidentia,orta ex meriti Christi receptione: hæc enim fidem justificantem & justificationem demum seqvitur: sed pro actu fidei justificantis, qvà justificans est.

§.898. Atqve sic nihil aliud est, qvàm *acceptio* seu *apprehensio* meriti θεανθρώπε *appropriativa* ad me & te in individuo. Apprehensionem insinuant loca Joh.I.5.12.XVII,8. Rom.V,17. Gal.III, 14.IV,5. Luc.IIX,13. Act.IIX,14. Jac.I,21. Act. X,43.1.Tim.I,15. Appropriatio constat ex Jobi

XIX,25. Esa. XLV,24. Cant.II,16. Joh.XX,28. Gal.II,20. seqq.

§. 899. Dum apprehensionem dicimus fiduciam justificantem, intelligimus apprehensionem non *theoreticam*, nudè assensitivam, qvùm qvis in intellectu suo pro indubitato habet, Christum non tantùm pro omnibus, sed etiam pro se in individuo esse mortuum; ita enim vel ipsi impii, qvi non desiderant, ut propter Christi meritum sibi obtingat salus, inferre possunt: Sed *practicam*, qvæ totius cordis & voluntatis in merito Christi recumbentiam involvit.

§. 900. Materia *in qva*, sive Subjectum, est vel *totale*, vel *partiale*.

§. 901. *Totale* est homo viribus credendi per gratiam regenerationis instructus.

§. 902. *Partiale* respectu notitiæ & assensûs, intellectus; ratione fiduciæ, voluntas est.

§. 903. Materia *circa qvam*, seu objectum, respectu notitiæ & assensûs, non est omne Dei verbum, sed solum verbum Evangelii; respectu fiduciæ justificantis, qvà talis, itidem sola promissio Evangelica, atqve ea involutum & oblatum Christi meritum, Act.IV,12. X,43.

§. 904. *Forma* fidei respectu notitiæ, receptio meriti Christi nudè cognoscitiva: respectu assensûs, receptio approbativa: respectu fiduciæ Objecti cogniti & approbati, individualis applicatio, & appropriativa receptio est.

§. 905.

Rom: III. 28. IV. 5. Gal: III. 6.

Fides p charitatem efficax in iam iu-
stificatis demonstrat, p bona opera.

§.905. *Effectus* fidei alius *immediatus* est, ut justificatio; alius *mediatus*, ut bona opera.

§. 906. Influxus seu *Causalitas fidei* consideratur, vel in ordine ad justificationem, vel in ordine ad Bona Opera.

§.907. In justificationem ut & salvationem nostri influit Fides non *meritoriè*, ut est opus (perpetuo enim opponitur fides operibus, non qvidem *per se* & simpliciter, qvùm opera sint fidei effectus; sed *respectu effectus*, qvi est justificatio, & *respectu objecti*, qvod Christi meritum est, cum operibus nostris in hoc articulo simpliciter incomparabile) sed *per modum organi*, & sic qvidem ex parte hominis justificandi unicè & solitariè reqvisiti.

§. 908. Qvoad influxum in productionem bonorum operum habet se fides hæc ad analogiam formæ ad propria sua, qvorum causa *per emanationem* ipsa est.

§. 909. *Finis* fidei salus & vita æterna est, 1. Pet. I, 9.

§.910. Definitio hæc est: *Fides justificans & salvificans est puræ putæ gratiæ Dei regenerantis opus, ministerio Verbi & Sacramentorum in homine, Spiritui Sancto malitiosum obicem non ponente, productum, qvô is promissionem gratiæ, atqve eâ oblatum θεανθρώπου meritum, ad omnes in universum homines ex seria Dei intentione spectans, sibi individuo, interiori cordis motu applicat atqve appropriat, in suammet salutem & Dei gratiosi gloriam.*

§. 911. *Adjuncta* fidei sunt ejusdem gradus, firmitas ac infirmitas.

DE BONIS OPERIBUS.

§. 912. Effectus fidei justificantis *mediatus* sunt *Bona Opera.*

§. 913. *Fidei* sunt hæc opera, qvia fides per ea ἐνεργουμένη est. Gal. V, 6. *Bona* dicuntur non absolute, sed in suo genere; non ex dignitate operantis intrinseca, sed ex perfectione infinita meriti Christi, omnes operum nostrorum imperfectiones perfectè obtegente.

§. 914. Bona opera considerantur, vel *ratione qvidditatis suæ*, vel *ratione exercitii.*

§. 915. Ratione qvidditatis suæ considerantur secundùm causas atqve affectiones suas.

§. 916. *Subjectum* seu principium operans bonum est homo justificatus, agens hîc ex viribus supernaturalibus in regeneratione acceptis, Rom. VII, 22. IIX, 14. Eph. II, 10.

§. 917. Materia *circa qvam*, seu Objectum sunt Deus, proximus, & ipse homo operans.

§. 918. *Forma* Bonorum Operum alia *absoluta*, alia *relata* est.

§. 919. Forma *absoluta* est ἐυνομία seu conformitas cum Lege DEI, qvæ Bonorum operum norma est, Devt. IV, 2. Num. XV, 40. Ex. XX, 19.

§. 920.

Cor: X. 13.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0542
DFG

§.920. Forma *relata* ad complacentiam Divinam, Fides justificans est, Rom. XIV, ult. Hebr. XI, 4.

§.921. *Finis* alius *principalis*, alius *minus principalis* est.

§ 922. *Principalis* est Dei gloria, Matth. V, 16. 1. Cor. II, 12. X, 31. 1. Pet. II, 9. IV, 10. 11.

§. 923 *Minus principalis* est fidei nostræ demonstratio, Jacob. II, 18. nostri & proximi ædificatio, 1. Pet. III, 16. 1. Corinth. X, 32. pœnarum temporalium & æternarum evitatio, Jon. III, 10.

§. 924. Definitio hæc est: *Bonum opus est actus hominis justificati, per gratiam renovationis, juxta Legis divinæ præscriptum præstitus, in DEI gloriam, nostriq; ac proximi ædificationem.*

§. 925. *Affectiones* sunt (1) necessitas, non coactionis, non ad salutem conseqvendam, non ad eandem promerendam, non ad conservandam; sed necessitas mandati, debiti, præsentiæ, ordinis & conseqventiæ ad justificationem & fidem (2) Imperfectio. (3) Dignitas accessoria ex fide, per qvam Deo placent, & promissionem habent hujus & futuræ vitæ, 1. Tim. IV, 8.

DE EXERCITIO BONORUM OPERUM.

§. 926. Exercitium Bonorum Operum in tota sua latitudine vocari potest *Militia Christiana.*

§. 927. *Dux* militiæ Christus JESUS est, Heb. XII,2.

§. 928. *Stipendia* sub hoc Duce *merentes* sunt qvivis boni Christiani, memores solemnis sacramenti, qvô Imperatori suo in baptismo obstricti facti.

§. 929. *Hostes*, adversus qvos pugnandum, sunt diabolus, mundus & caro nostra.

§. 930. *Arma* militiæ hujus spiritualis sunt descripta Eph. VI, 10. seqq.

§. 931. *Signum*, sub qvo militamus, vexillum, crucis est, Matth. XVI, 24. Luc. XIV, 27.

DE CRUCE.

§. 932. *Afflictio* piorum vocatur *crux*, Matth. X, 38. XVI, 24. Marc. VIII, 34. Luc. IX, 23. XIV, 27. à cruce Jesu Christi, per qvam sanctificatur, & qvam imitatur.

§. 933. Dicitur aliàs *tentatio*, 1. Corinth. X, 13. & qvidem non ad malum, sed ad bonum, Jacob. I, 13.

§. 634. Vocatur enim παιδεία, Heb. XII, 5. 6. 7. 8. 9. 11. item δοκιμασία ex 1. Pet. I, 7.

§. 935. Differt à πμωρία & *pœna propriè sic dicta*: πμωρία enim à judice irato est; παιδεία & δοκιμασία à Patre benevolo.

§. 936. Sic *pœna* propriè sic dicta dicit ordinem ad culpam non remissam, cum intentione inferendi damnum promeritum: at *crux* piorum culpam jam

causa ministerialis crucis est Diabolus

παιδεία non est poena propria, s. vindicatio, sed admonitio ad bonum et desistentiam a malo, e. g. liberi qui nondum ad maturitatem aetatis pervenere, eam ob causam non puniuntur, ut vindicent sese ergo illos parentes, d. ut desistant sese a malis factis jam commissis;

jam remissam seqvitur, ut correctio paterna, directa unicè in hominis corrigendi bonum & salutem.

§. 937. *Causa* crucis *efficiens principalis* DEUS est, etiam dum cædit ac ferit, ut benignus Pater spectandus, Esa. XLV, 7. Amos III, 6. Thren. III, 37. 38. Heb. XII, 6. 7. 8.

§. 938. Causa *ministerialis* est qvandoqve Satan, Luc. XXII, 31. 1. Pet. V, 8. Apoc. XII, 13. Eph. VI, 11. 12. 2. Cor. XII, 7. Mundus, Joh. XV, 19. Gal. IV, 29. & caro nostra, Rom. VII, 23. Jac. I. 14. 1. Pet. II, 11.

§. 939. Subjectum *patiens* pii & fideles sunt, Syr. II, 1. Tob. XII, 13. Ebr. XII, 6. seqq. Ap. III, 19. qvoad animam, Ps. XIIX, 5. 6. 2. Cor. XII, 7. &c. corpus. Job. II, 7. facultates, c. I. v. 14. 15. 16. 17. familiam, ibid. v. 18. 19

§. 940. *Forma* est passio dolorifica, temporaria, salutaris.

§. 941. Finis *ultimus absolutè talis*, DEI gloria, Joh. IX, 1. 2. 3. *secundùm qvid talis*, castigati salus est, Act. XIV, 22. Rom. IIX, 17. 18. 2. Cor. IV, 17. 18. Heb. VI, 12, Jac. I, 12. 2. Tim. II, 21.

§. 942. *Intermedius* (1) debita peccatis correctio, Jerem. XXX, 11. XLVI. 28. 1. Pet. IV, 17. (2) fidei nostræ probatio, Genes. XXII, 1. Devt. IIX, 2. Psal. LXVI, 20. 1. Pet. I, 6. 7. Jacob. I, 12. (3) carnis mortificatio. Jer. XXXI, 18. 19. 1. Pet. IV, 1. 2. Rom. VI, 6. Psal. CXIX, 71. 2. Cor. IV, 16. 17.

§. 943.

§. 943. Definitio hæc est: *Crux piorum est passio dolorifica, immissa à DEO ceu Patre benevolo credentibus ad certum tempus, in affligentis gloriam & afflicti salutem.*

§. 944. *Affectiones* & adjuncta sunt, qvantitas, duratio &c.

DE ORATIONE.

§. 945. Subsidium militiæ Christianæ præcipuum, qvô cetera impetrantur omnia, *oratio fidelis* est.

§. 946. Causa *efficiens* precationis Spiritus Sanctus est. Zach XII, 10. Rom. IIX, 15. Gal. IV, 6.

§. 947. Causæ *impulsivæ* sunt (1) Dei voluntas, declarata Divino mandato, promissis & comminationibus, (2) nostra indigentia & necessitas, (3) exempla Christi & sanctorum.

§. 948. Subjectum *qvod* orare debet, est Christianus militans qvivis.

§. 949. Terminus *ad qvem* dirigenda oratio, solus Deus Unitrinus est, Devt. VI, 13. 14. Matth. IV, 10. Esa. XLII, 8. XLV, 21. seqq. non exclusâ Humanâ Christi naturâ, in qvantum ea in ὑποστατικὸν λόγῳ subsistit, Phil. II, 9. 10.

§. 950. Forma ac *anima* orationis fiducia non hæsitans est, Jac. I, 6.

§. 951. *Fundamentum* est unius Mediatoris CHRISTI JESU meritum & intercessio, Joh. XIV, Rom. III, 25. IIX, 34. Eph. III, 12. 1. Tim. II, 5.

Heb

oratio ad Ogiam moralem proprie
ptinet

Causa efficiens pprie quidem eet
Deus Trinunus, appropriative vero
Spiritus Sanctus.

Causa impuls: 1 Thes: V. 17. 1. Tim. II. 1.
4 L. 15. Joh: XVII. 23. 24.
Comminatio. Jer: X. 25.

Christus ist der welch Gott fürgestellet zu einer gnadenstuhl



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0550
DFG

Heb. VII, 21. 24. 25. IX, 24. XIII, 15. 1. Joh. II, 1.

§. 952. Objectum, *quod Deo* offerimus precibus, aliud *personale*, aliud *reale* est.

§. 953. *Personale* sunt tùm ipse precans, tùm alii sive propinqvi & amici, sive inimici fuerint, Matth. V, 45. Luc. XXIII, 34.

§. 954. *Reale* est vel *privativum*, vel *positivum*.

§. 955. *Positivum* sunt bona conferenda, eaqve tùm corporalia, *conditionatè* petenda, Matth. VI, 10. Luc. XI, 2. Matth. IIX, 3. tùm spiritualia & cœlestia, simpliciter & sine conditione postulanda.

§. 956. *Privativum* sunt mala avertenda, Matth. VI, 13. Luc. XI, 4.

§. 957. Finis *principalis*, Dei gloria; *minùs principalis*, nostra aliorumqve salus, temporalis & æterna est.

§. 958. Definitio generalis hæc est: *Oratio Christiani ad DEUM est actus religiosus, qvô is DEUM Unitrinum & Christum θεάνθρωπον, etiam secundùm humanitatem, qvatenus ea in λόγῳ hypostasi subsistit, verâ cordis fiduciâ Mediatoris unici merito & intercessione innixâ, supplex compellat, ad Dei gloriam & nammet ac aliorum salutem.*

§. 959. *Adjuncta* sunt necessitas, gestus, locus, tempus &c.

§. 960. Dividitur in *petitoriam, eucharisticam, & ex utraqve mixtam.*

§. 961.

§. 961. Petitoria est, *quâ à DEO Unitrino & Christo* Ἀνθρώπῳ, *unicè propter hujus meritum, mala imminentia averti, & bona desiderata ac nobis conducibilia dari nobis, supplices precamur.*

§. 962. Eucharistica est, *quâ DEO Unitrino, & Christo* Ἀνθρώπῳ, *pro malis aversis & bonis concessis debitas gratias agimus.*

§. 963. Mixta est, *quâ & petimus petenda, & pro impetratis gratias decentes dicimus.*

DE TRIBUS STATIBUS HIERARCHICIS.

§. 964. Militia Christiana diffundit se per omnes status hierarchicos; qvorum tres sunt: *Ecclesiasticus, Politicus, Oeconomicus.*

§. 965. In Ecclesiastico *Ministerium sacrum*: in Politico *Magistratus civilis*; in Oeconomico *Conjugium* considerandа nobis veniunt.

DE MINISTERIO ECCLESIASTICO.

§. 966. Causa *efficiens* ministerii Ecclesiastici *principalis* est unus ac solus verus DEUS. Esa. LXIIX,12. 1.Cor.XII,28. 2.Cor.V,18. Jerem.III,15. XXIII,4. Joël.II,23. *Pater*, 2.Cor.V,18. Hebr.I,1. Gal. I,16. *Filius*, Matth.X,1. Luc.IX,1. Matth.XXIIX,19. Marc.XVI,15. Eph.IV,11. Joh.XX,21. 1.Cor.I,17. IV,1. 2.Cor.V,20. & *Spiritus Sanctus*, Act.XX,28. 1.Cor.XII,4.5.6.

Act. XX 28. Eph. IV: 11.12.13
1 Cor: IV: 1.2.

§. 967.

In stil: manifest: Mat. XVIII.
19. ~~Hora~~

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0553
DFG

§. 967. Causa *minus principalis* Ministerium constituens est tota Ecclesia, penes qvam jus vocandi, mittendi & ordinandi est, servatô tamen in juris hujus exercitio ordine decente, Act.I,21. VI,5.

§.968. Materia *in qva*, sive subjectum, sunt idoneæ & habiles personæ, legitimè vocatæ.

§.969. Materia *circa qvam*, sive *Objectum* Ministerii *personale*, est grex Domini, 1.Pet.V,2.Act.XX, 28. 1.Tim.III,14.15. Luc.XII,42.

§.970. *Reale* sunt tùm mysteria Divina, 1.Cor. IV, 1. tùm disciplina Ecclesiastica, Matth.XIIX, 15.16.17. 1.Tim.V,10. 1.Cor.V, 4.

§.971. *Forma* ministerii Ecclesiastici est officii sacri recta & cum peculiari ac publica autoritate conjuncta administratio. Marc. XVI. 15. Mal. XVIII. 19 Mat. XVI. 19

§.972. Actus ejus præcipui sunt (1) pura atqve incorrupta Verbi Divini prædicatio. (2) legitima Sacramentorum dispensatio. (3) potestatis clavium justa ac decens usurpatio.

§.973. Finis *ultimus* Dei gloria; *subordinatus* hominum conversio & salus æterna est. Eph. IV. 11. 12. 13.

§.974. Definitio hæc est: *Ministerium Ecclesiasticum est officium sacrum & publicum, divinitùs institutum, & certis atq; idoneis personis, legitimæ vocationis interventu, concreditum, ut peculiari potestate instructi, munus sibi mandatum decenter administrent, in Dei gloriam & hominum salutem.*

§.975. *Adjuncta* sunt necessitas, dignitas, utilitas, vocatio, ordinatio, ministrorum gradus &c.

DE

DE MAGISTRATU POLITICO.

§. 976. Terminus *Magistratus politici* accipitur vel *concretivè*, pro persona officium Magistratus civilis sustinente; vel *abstractivè*, pro ipso officio. Posterior acceptio hujus loci est. Rom. XIII. 1-8. 1 Tim. II. 1-3. 13. 14.

§. 977. Causa *efficiens principalis* Magistratûs politici est Deus Unitrinus ipse, 2. Par. XIX, 6. Prov. IIX, 15. Dan. II, 21. Rom. XIII, 1. seqq. Joh. XIX, 11.

§. 678. Medium, *quo* legitimè pervenitur ad Magistratum, est vel electio, vel successio, vel justa occupatio.

§. 979. Materia *in qua*, sive subjectum recipiens sunt homines certi, qvibus potestas à Deo in subditos obtingit, iiqve non tantùm infideles, qvi extra Ecclesiam sunt; sed & fideles, atqve Ecclesiæ Christianæ cives, Rom. XIII, 1. 2. 4. seqq.

§. 980. Materia *circa qvam* sive Objectum vel *personale*, vel *reale* est.

§. 981. Objectum *personale* sunt subditi, Laici non tantùm, sed & Clerici, Rom. XIII, 1.

§. 982. *Reale* sunt tùm Religio, & ea, qvæ ad externum Ecclesiæ regimen spectant; tùm subditorum bona & actiones.

§. 983. *Forma* est decens officii administratio juxta potestatis concessæ mensuram & legum approbatarum præscriptum.

§. 984. Finis *ultimus* & summus DEI gloria:

subor-



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0558
DFG

subordinatus & intermedius in genere bonum publicum est; in specie publica tranqvillitas, liberum cultus Divini exercitium & publica honestas.

§. 985. Definitio hæc est: *Magistratus politicus est officium civile publicum, divinitus institutum, per certas personas administrandum, juxta potestatis concessæ mensuram & legum præscriptum, ad Dei gloriam & subditorum salutem.*

§. 986. *Adjuncta* sunt, necessitas, dignitas, utilitas & virtutes Magistratu dignæ.

DE CONJUGIO.

§. 987. Conjugium aliud *inchoatum*, aliud *consummatum* est.

§. 988. *Inchoatum* fit inter partes primùm consentientes in sponsalibus: *Consummatum* fit per copulam carnalem in nuptiis. De posteriori nobis hic sermo est.

§. 989. Causa conjugii efficiens *principalis*, *suprema ac remota* Deus Unitrinus est, Gen. I, 27. II, 18. Matth. XIX, 4. 1. Tim. IV, 5.

§. 990. Causa *secundaria*, *propinqva ac intermedia* sunt personæ in matrimonium consentientes.

§. 991. Causa matrimonii *antecedens* ac disponens sunt sponsalia.

§. 992. *Materia* conjugii sunt homines sociabiles, & qvidem numero duo, mas & fœmina, puberes, ad obtinendos conjugii fines idonei, &

extra prohibitos consangvinitatis & affinitatis gradus constituti.

§. 993. *Forma* est legitima & indissolubilis duorum in unam carnem ex mutuo consensu & pacto conjunctio, Gen. II, 24. Matth. XIX, 5. Gen. XXIV, 57. Jud. XIV, 5.

§. 994. *Finis ultimus* & summus DEI gloria, est.

§. 995. *Subordinatus* est (1) humani generis per sobolis generationem & educationem conservatio. Gen. I, 27. 28. Tob. IIX, 9. 1. Tim. II, 15. (2) mutuum adjutorium, Gen. II, 18. Eccles. IV, 9. 10. (3) remedium adversus vagas libidines, 1. Cor. VII, 2.

§. 996. Definitio hæc est: *Conjugium est divinitus institutum unius maris & unius fœminæ in unam carnem per debitum consensum indissolubilis conjunctio, ut genus humanum sobolis procreatione conservetur, mutuum adjutorium obtineatur, & scortatio vitetur.*

§. 997. *Adjuncta* sunt, necessitas, dignitas, utilitas, consecratio Sacerdotalis & tota nuptiarum solemnitas &c. proclamatio.

§. 998. *Pugnantia* cum conjugio sunt, polygamia, cœlibatus, viduitas, malitiosa desertio, adulterium, scortatio, sodomia, incestus. proclamatio

DE ECCLESIA.

§. 999. Totum illud aggregatum, qvod constituunt status hierarchici, *Ecclesia* dicitur.

§. 1000.

priores fines sunt directi in et p se
stiq v: finis non eodem modo sed fini-
ttm̄ p accidens.

necessitas non ē absoluta d. hypothe-
ticattm̄
consecratio sacerdotalis adjunctu
ttm̄ ē accidentale, siquidem consecra
tio non reddit conjugiū, sed consensus
in p petuā cohabitationem.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0561
DFG

§. 1000. Ecclesiæ vox Græca origine est, descendens ἀπὸ & ϰαλεῖν, hoc est, *evocare*: inde ἐϰλησία vi vocis idem est, qvod *evocatio voce præconis facta*.

§. 1001. Accipitur vox hæc vel *propriè*, vel *improprie*.

§. 1002. Propriè accepta notat *in genere* qvemcunqve conventum, sive sacrum, sive profanum; Act. XIX, 32. 39. *strictè* verò congregationem sacram significat.

§. 1003. Atqve sic vel Ecclesiam *Syntheticam*, Matth. XVI, 18. 1. Tim. III, 15. vel *Repræsentativam* designat.

DE ECCLESIA SYNTHETICA.

§. 1004. Ecclesia Synthetica vel *strictè* sumitur, pro cœtu sanctorum; vel *latiùs* & φυσιϰῶς, pro cœtu vocatorum promiscuo.

§. 1005. Ecclesia sanctorum (1) est vel *triumphans* in cœlis, Heb. XII, 22. 23. vel *militans* in terra sub vexillo crucis.

§. 1006. (2) Est vel *universalis*, Matth. XVI, 18. Eph. I, 22. V, 24. 25. 26. 27. 1. Tim. III, 15. vel *particularis*.

§. 1007. Universalis est vel *absolutè*, vel *secundum qvid talis*.

§. 1008. *Absolutè universalis* est cœtus constans fidelibus omnium locorum & temporum, qvos

DEUS ad actualem spiritualium ac cœlestium bonorum communionem, inde à mundi initio, per Verbi sui præconium vocavit, atqve hodienum vocat, & usqve ad consummationem seculi vocabit.

§. 1009. *Secundùm qvid universalis*, est cœtus omnium fidelium, eodem tempore, ubivis terrarum, *in una eademqve fidei, gratiæ, salutis* & charitatis communione interna persistentium.

§. 1010. *Particularis* est cœtus aliqvorum fidelium, in loco certo ad salutem participandam vocatorum, & in communione spirituali interna persistentium.

§. 1011. Latiùs sumta Ecclesia Synthetica, notat cœtum vocatorum promiscuum externum, eumqve vel *publicum*, constantem ex Pastoribus & auditoribus omnium ordinum; Ap. I, 4. vel *privatum*, qvomodo etiam familiæ Ecclesiæ nomine gaudent, Col. IV, 15.

§. 1012. *Impropriè* accepta vox Ecclesiæ sumitur vel *metonymicè*, pro loco publico, in qvo convenitur cultûs religiosi causâ; 1. Cor. XI, 18. vel *Synecdochicè*, pro parte Ecclesiæ.

§. 1013. Et sic sumitur vel pro *Presbyterio*, Matt. XII X, 17. vel pro *solis auditoribus*, qvi aliàs *gregis* nomine veniunt, Act. XX, 28. 1. Pet. V, 2.

§. 1014. Hôc locô accipitur in sensu latiori & *propriè*, pro cœtu sacro vocatorum, eoqve promiscuo externo & publico.

§. 1015.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0566
DFG

§. 1015. Causa *efficiens* Ecclesiæ Syntheticæ *principalis* est, servatô tamen ordine & discrimine personarum, tota Sacro Sancta Trinitas: *Pater*, Eph. I, 3. 4. *Filius*, Act. XX, 28. Matth. XVI, 18. & *Spiritus Sanctus*, Joh. III, 5. 1. Pet I, 12. Joh. XIV, 16. 17.

§. 1016. Causa impulsiva collectionis Ecclesiæ alia *interna*, alia *externa* est.

§. 1017. Externa cùm extrema hominum miseria, tùm Christi meritum; 2. Tim. I, 9. 1. Cor. I, 4. 1. Tim. II, 6. interna pura puta Dei misericordia & bonitas est, 2 Tim. I, 9

§. 1018. Causa *ministerialis*, qvâ Deus in collectione & conservatione Ecclesiæ utitur, sunt ministri Verbi, Matth. XXII, 3. Luc. XIV, 17. Eph. IV, 11. 12. 1. Cor. III 9, 7. 10. 2. Cor. V, 20.

§. 1019. Causa *instrumentalis* seu organica sunt Verbum & Sacramenta Matth. XXIIX, 19. 20. Eph. II, 20. 21.

§. 1020. Materia *ex qva* constat Ecclesia Synthetica, prout ea hîc à nobis consideratur, sunt promiscuè omnes vocati sancti juxta ac hypocritæ, Matth. X, 16. XIII, 24. 25. 47.

§. 1021. Atqve sic *Forma* Ecclesiæ consistit in unitate externæ professionis doctrinæ veræ, seu in publica societate professionis ejusdem fidei ejusqve publici exercitii, 1. Cor. XIV, 9. 23. 24. 32. 33. X, 18. 20. 21.

§. 1022. *Notæ* Ecclesiæ veræ *principales* atqve *essentiales* sunt, pura Verbi Divini prædicatio & legitima

gitima Sacramentorum administratio, Eph.II,19. 20. Joh. X,26.27. Eph.V,26.27. Matth.XIIX,20.

§ 1023. *Finis* collectionis & conservationis Ecclesiæ alius *summus*, alius *subordinatus* est.

§ 1024. Summus Dei gloria, Eph.I,11.12. subordinatus, hominum conversio & salus æterna est, 1.Pet.II,6. V,10.

§. 1025. Definitio hæc est : *Ecclesia Synthetica est cœtus promiscuus hominum, ad regnum Dei & spiritualium ac cœlestium bonorum participationem, mediante Verbi ministerio vocatorum, atqve in externa doctrinæ veræ professione consentientium, in Dei laudem & ipsorummet vocatorum salutem æternam.*

§. 1026. *Affectiones* & adjuncta Ecclesiæ sunt, unitas, sanctitas, catholicismus, Apostolicismus, authoritas, visibilitas, splendor, afflictio, defectibilitas.

DE ECCLESIA REPRÆSENTATIVA.

§. 1027. Ecclesia *Repræsentativa* dicitur congregatio Doctorum, Ecclesiam Syntheticam repræsentantium.

§. 1028. Vocatur congregatio hæc aliàs *Concilium*, vel *Synodus* Ecclesiastica.

§. 1029. Causa Concilii *principalis & remota* DEUS est, Act.XV,28.

§. 1030 *Proxima* & administra, qvæ publicâ autoritate cogere Concilium, ejusdemqve locum & tem-

tempus indicere debet, est Magistratus Civilis, Ps. II, 10. seqq. XXIV, 7. 9. Esa. XLIX, 23. Devt. XVII, 18. Rom. XIII, 1. 1. Pet. II. 13. 2. Par. XXIX, 5. 21. 27. 30. XXX, 1. 6. 12. isqve fidelis & orthodoxus, 1. Cor. VI, 1. 2. aut deficiente tali, ipsa Ecclesia, Act. XV, 2. seqq. XX, 28.

§. 1031. *Materia* Concilii *ex qva* sunt personæ idoneæ Concilium constituentes, *Præses* scilicet & *Assessores*.

§. 1032. *Præses* in Concilio requiritur, melioris ordinis causa, estqve is vel ipse Princeps aut ejus delegatus, in statu scilicet Ecclesiæ florente: vel si is perturbatus sit, unus vel plures, qvibus Ecclesia hoc munus commisit.

§. 1033. *Assessores* & judices competentes præter Præsidem sunt non tantùm Episcopi, sed qvivis fideles, literarum sacrarum periti, tàm Laici, qvàm Clerici, ad Concilium ab Ecclesiis missi, Rom. XIV, 12. 1. Joh. IV, 1. 1. Cor. II, 15. X, 15.

§. 1034. Materia *circa qvam* sive objectum sunt qvæstiones circa dogmata & mores, nec non ceremonias in Ecclesia, Act. XV, 19. 20.

§. 1035. *Norma* ac principium credendi ac decidendi in Concilio, sola Scriptura Canonica esse debet, 2. Pet. I, 19. Es. IIX, 20. Gal. VI. 16.

§. 1036. *Forma* est ordo Concilii, seu legitimus processus qvoad singula partium congregatarum munia.

§. 1037. *Finis* Gloria DEI & Ecclesiæ ædificatio est.

§.1038. Definitio hæc est : *Concilium Ecclesiasticum est totius Ecclesiæ in membris suis præcipuis repræsentatæ cœtus, à Deo per eos, penes quos convocandi jus est, congregatus, ad tractandum decenter & juxta solius Verbi Divini præscriptum de quæstionibus circa dogmata & mores, nec non Ecclesiasticas ceremonias, ad Dei gloriam & Ecclesiæ ædificationem.*

§.1039. Dividuntur seu distingvuntur Concilia, ut alia *Oecumenica*, alia *Nationalia*, alia *Provincialia*, alia *Diœcesana* sint.

§.1040. Oecumenica sunt, *ad quæ celebranda ex omnibus vel qvàm plurimis orbis Christiani partibus viri docti & pii evocantur ;* hujusmodi fuêre Concilium Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense &c.

§.1041. Nationalia sunt, *ad quæ viri docti & pii unius nationis evocantur.*

§.1042. Provincialia sunt, *in qvibus Doctores unius provinciæ conveniunt.*

§.1043. Diœcesana sunt, *quæ ex viris religiosis unius Diœceseos constant.*

DE ANTICHRISTO MAGNO.

§.1044. Communis universæ Ecclesiæ & omnium statuum Hierarchicorum hostis *Anti-Christus magnus* est.

§.1045. Terminus *Anti-Christi* accipitur in sacra Scriptura vel *latè*, pro omni eo, qvi qvalitatem per-

personæ ac doctrinæ Christi ex procœresi labefactat; 1. Joh. II, 22. IV, 3. 2. Joh. V, 7. vel *stricte*, pro insigni & eminenti illo seductore seu Anti-Christo Magno, Dan. XII, 36. 37. 38. 39. 1. Joh. II, 18. 2. Thess. II, 3. 4. 9. 10. 11. 12. Apoc. XIII, 11. 12. 13. 14. XVII, 1. seqq. Atqve hæc acceptio hujus loci est.

§. 1046. *Ortum* hic Antichristus Magnus habet non ex Judæis, sed ex ipso Christianorum cœtu, 2. Thess. II, 4. 1. Joh. II, 18. 19.

§. 1047. *Sedes* ejus alia *generalis*, alia *specialis* est.

§. 1048. *Generalis* est Ecclesia seu templum Dei, 2. Thess. II, 4.

§. 1049. Sedes *specialis* est urbs Roma, Apoc. XVII, 1. 5. 9. 16.

§. 1050. *Proprietates* Anti-Christi non seorsim & singulatim, sed conjunctim & complexè hîc sumendæ sunt. Qvas Doctores nostri hoc ordine recensent: *Prima* est ἀποστασία à fide, 2. Thess. II, 3. 10. 11. 12. 1. Tim. IV, 1. *Secunda* singularis sanctitatis affectatio, 2. Thess. II, 7. 9. *Tertia* miraculorum jactatio, 2. Thess. II, 9. Apoc. XIII, 13. Matth XXIV, 24. *Qvarta* arrogatio Divinæ potestatis, 2. Thess. II, 4. *Qvinta*, universæ religionis orthodoxæ, tùm qvoad doctrinam, tùm qvoad mores impugnatio, Dan. XII, 36. 37. 2. Thess. II, 3. 4. Ap. XIX, 20. *Sexta* persecutio fidelium truculenta, Apoc. IX, 11. XIII, 15. XVI, 6. XVII, 6. XIIX, 24. *Septima*, universæ Hierarchiæ Christianæ eversio, 2. Thess. II, 4. Dan XII,

36.37. 1. Tim. IV, 3. *Octava*, violatio juris gentium de invadendis atq; spoliandis iis, qvi bestiæ charactere non notati sunt, Apoc. XIII, 17. *Nona*, injuria in jus naturale per interdictum ciborum certorum, 1. Tim. IV, 3.

§. 1051. *Destructio* totalis regni Anti-Christi connectitur cum adventu Domini nostri JESU Christi ad judicium, ut patet ex collatione cap. XVII. & XIIX. Apoc. cum cap. XIX, 7.

DE MEDIIS SALUTIS ὡς ἐν πλάτει dictis.

§. 1052. Fuerunt hactenus media salutis *magis propriè* ita dicta, eaqve tùm δοτικὰ *ex parte DEI*, tùm ληπτικὸν *ex parte nostri*: seqvuntur media *laxiùs* sumta, qvæ qvomodocunqve ad obtinendum finem supremum faciunt.

§. 1053. Eorum qvatuor sunt: *Mors, Resurrectio mortuorum, Extremum judicium, & Consummatio seculi.*

DE MORTE.

§ 1054. Vox mortis accipitur vel *propriè* vel *improprie* & figuratè.

§. 1055. *Improprie* notat (1) Rem mortiferam 2. Reg. IV, 40. Exod. X, 17. (2) mortem *spiritualem*.

§. 1056. Atqve hæc stylô Scripturæ vel *fidelium*, vel *infidelium* est.

§. 1057. Mors spiritualis *fidelium* est, qvâ di-

cun-


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0578
DFG

cuntur mori tùm peccato, Rom.VI,2.11. Col.I,3. 1.Pet.II,24.tùm Legi morali,Rom.VII,1.2.4. Gal. II,19. tùm Ceremoniis Legalibus V.T. Col.II,20. tùm mundo,Gal.VI,14.

§.1057. Mors ſpiritualis *infidelium* vel *temporaria*,vel *æterna* eſt.

§.1059. *Illa* conſiſtit in gratiæ Divinæ amiſſione in hac vita, Matth.IIX,22. Luc.IX,60. XV,24. 1.Tim.V,6. Coloſſ. II,13. Eph.II,5.

§.1060. *Hæc* eſt finalis & nunqvam terminanda hominis à Deo ſeparatio, cum cruciatibus infernalibus conjuncta, dicta aliàs *mors ſecunda*, Apoc. II,11.XX,14.XXI,8.

§.1061. *Proprie* accepta ſignificat animæ à corpore ſeparationem ; qvæ ſignificatio hujus loci eſt.

§. 1062. *Cauſæ* mortis aliæ *primæ* ac remotæ, aliæ *propinqvæ* ſunt.

§. 1063. *Remotæ* ſunt tum diaboli malitia, Joh. IIX,44. Gen.III,1. ſeqq. tum primorum Parentum in transgreſſionem primam conſenſus,Rom. V,12. 1.Cor.XV,22. tùm Dei ceu juſti judicis ira, Gen.III,19.

§.1064. *Propinqvæ* vel *internæ* vel *externæ*.

§.1065. *Externæ* ſunt, qvæ hominem extrinſecùs circumſtant, ut ſunt peſtilentia aëris, violentia aqvarum exundantium &c.

§.1066. *Internæ* ſunt, qvæ intrinſecùs ſolutionem animæ à corpore operantur; cujusmodi ſunt humo-

humoris nativi defectus, calidi innati suffocatio &c.

§. 1067. *Subjectum* mortis est vel *prædicationis*, vel *inhæsionis*.

§. 1068. Subjectum *prædicationis* sunt ordinariè omnes homines, qvi in primo parente peccaverunt, Rom. V, 12 Ebr. IX, 27. Psal. LXXXIX, 49. Jos. XXIII, 14. 1. Reg. II, 2. Syr. XIV, 12. 18.

§. 1069. Subjectum *inhæsionis* est vel QVOD vel QVO.

§. 1070. Subjectum QVOD est totus homo, ratione totius compositi spectatus. Gen. V, 5. 8. 11.

§. 1071. Subjectum QVO corpus est, Gen. III, 19. Eccl XIII, 7.

§. 1072 *Forma* mortis est animæ à corpore separatio τοπικὴ seu localis, Luc. XII, 20. XXIII, 43.

§. 1073. *Finis* mortis *in se* spectatæ est pœna peccati; at respectu diversorum Objectorum consideratæ finis est, vel paterna castigatio & ad meliorem vitam translatio, ut in piis: vel mors æterna ac infernalis, ut in impiis.

§. 1074. Definitio mortis in se consideratæ hæc est: *Mors est privatio per lapsum primorum parentum locô pœnæ introducta, animæ & corporis unionem solvens.*

§. 1075. Est verò hæc vel *piorum* & fidelium, vel *impiorum* & infidelium.

§. 1076. *Mors piorum est separatio animæ à corpore localis, instar medii ex parte Dei hominem ad glorificationem ducens.*

§. 1077.


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0582
DFG

§. 1077. *Mors impiorum est separatio animæ à corpore localis, instar medii ex parte Dei, disponens hominem ad subeundam pœnam promeritam.*

DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

§. 1078. Terminus resurrectionis mortuorum accipitur vel *propriè*, vel *improprie* & figuratè.

§. 1079. *Improprie* acceptus sumitur vel *metaphoricè*, vel *metonymicè*.

§. 1080. *Metaphoricè* accipitur (1) pro liberatione ex adversitatibus, Ps. IX, 14. XLI, 9. (2) pro conversione, Eph. V, 14. Col II, 12. III, 1. Apoc. XX, 6. Dicitur aliàs *resurrectio prima* loc. cit.

§. 1081. *Metonymicè* accipitur pro causa resurrectionis, qvando Christus resurrectio dicitur Joh. XI, 25.

§. 1082. *Propriè* accipitur de resurrectione à morte naturali.

§. 1083. Et hæc est vel *particularis*, paucorum sc. illorum, qvi à Prophetis, Christo & Apostolis ad vitam temporalem resuscitati fuere: vel *universalis*, in novissimo die demum futura: qvæ significatio hujus loci est.

§. 1084. Dari resurrectionem istam mortuorum, monstrant inter alia loca Job. XIX, 25. seqq. Dan. XII, 2. Matth. XXII, 31. Marc. XII, 26. 27. Luc. XX, 37. 38. Joh. V, 28. 29. 1. Cor. XV, 12. seqq. &c.

§. 1085. Causa *efficiens prima* est solus DEUS Unitri-

Unitrinus, Rom.IV,17. 2.Cor.I,9. *Pater*, Joh.V, 21. 2.Cor.IV,14. *Filius*, Job. XIX,25. 2.Cor.IV,14. Joh.V,21. VI,39. 54. XI,25. Apoc.I,18. & *Spiritus Sanctus*; Rom. IIX,11. singulari tamen ratione Redemtor Ἀναίτιον. Job. XIX,25.26. Joh.V,25.28.29.

§. 1086. Causa *meritoria* resurrectionis qvoad pios & fideles, est Christus mortuus & ex mortuis resuscitatus, Joh.XI,25.26. Rom.IV,25.

§. 1087. Causa *administra* resurrectionis sunt Angeli, qvoad certas resurrectionis circumstantias, Matth.XXIV,31. XIII,41.49. 1 Thess. IV.16.

§. 1088. *Subjectum* resurrectionis sunt pii pariter ac impii, Dan.XII,2. Joh.V,28.29.

§. 1089. *Subjectum* est vel QVOD vel QVO.

§. 1090. Subjectum QVOD est totus homo antea mortuus & cinefactus.

§. 1091. Subjectum QVO est idem numero tc substantia corpus, qvod antea per mortem ceciderat, Job.XIX,26.27. 1.Cor XV,54. novis tamen atqve spiritualibus qvalitatibus vestitum, 1.Cor. XV,41. seqq.

§. 1092. *Forma* resurrectionis consistit in corporum antea mortuorum animatione & reerectione, Ezech.XXXVII,5 seqq. Job.XIX.25.26.

§. 1093. *Finis* alius *respectu Dei*, alius *respectu hominum* resuscitandorum est.

§. 1094. Finis *respectu Dei* est gloria Divinæ potentiæ ac justitiæ,

§. 1095.

De

Calvinianorum thesis particularitate resurrectionis non probabit, probat.

1. quia vocabulum (Vinen) ~~inde~~ significat, quod vocabulum oes,

2) quia quisq nobiscum confitet, omnes homines in extremi judicii tempore sub terra jacere sepultos

Sociniani resurrectionem impiorum negare conantur quod ab illis probatur.

Dan: XII. 2.

quoniam v: alii resuscitandi erunt ad vit: aet: alii ad infernum, necessario posteriores ad resuscitabuntur, nimirum ad cruciatum

Sic n: neminem in terra offerceret Xsty.

Probationem quoq sufficientem habemus illorum corpora in adventu judicis nondum mortua esse commutanda, quod v. sicut non oes homines sub terra jacentes resuscitabuntur, d. multi tm, quorum una pars ad vitam, altera ad cruciatum destinabitur.

§. 1095. Finis *respectu resuscitandorum* est vel *communis*, vel *proprius*.

§. 1096. *Communis* omnibus resuscitandis est apparitio coram tribunali Christi Judicis, Ebr. IX, 27. 2. Cor. V, 10. Apoc. XX, 12. Matth. XXV, 31.

§. 1097. Finis *proprius*, respectu fidelium & Electorum, est gloria æterna; respectu infidelium & reproborum, ignis inferni inextingvibilis, Dan. XII, 2. 3. Joh. V, 28. 29.

§. 1098. Definitio hæc est: *Resurrectio mortuorum est actio solius Dei Unitrini externa, qvâ is virtute omnipotenti corpora omnium omninò defunctorum ex terræ pulvere excitabit, & cum animabus reduniet, ut piis benè, malis male in æternum sit.*

§. 1099. *Adjuncta* sunt, Tempus, locus & tota illa solemnitas descripta Matth. XIII. 24. 49. XXIV, 31. 1. Thess. IV, 16.

§. 1100. *Cognatum* proximum resurrectionis mortuorum est immutatio eorum, qvos dies novissimus deprehendet vivos, in momento & ictu oculi peragenda, 1. Cor. XV, 51. 52. 1. Thess. IV, 15. 17.

DE EXTREMO JUDICIO.

§. 1101. Judicium Extremum est vel *particulare*, vel *universale*.

§. 1102. Judicium *particulare* est, qvod cuivis seorsim & in individuo subeundum in extremo mortis agone.

§. 1103.

§.1103. Judicium extremum *universale* est, quod pro Objecto habet omnes in universum homines, quæ significatio hujus loci est.

§. 1104 Fore certò Judicium extremum, constat ex locis, Ps IX, 5. 8. 9. (confer. Act. XVII, 31.) Eccles. XI, 9. XII, 14. Dan. VII, 9. Matth. XII, 36. 41. XIII, 41. 42. 43. Act. III, 20. X, 42. XVII, 31. XXIV, 25. Rom. II, 3. 5. 15. 16. XIV, 10. 1. Cor. IV, 5. VI, 2. 3. 2. Cor. V, 10. 2. Thess. I. 6. 7. 8. 9. 10. Hebr. IX, 27. 1. Pet IV, 5. 2. Pet. III, 3. 4. 7. Judæ v. 14. 15. Apoc. I, 7. VI, 16 17. XX, 4. 11. 12. 13. XXII, 7. 12. 10.

§ 1105. *Causa efficiens* Judicii extremi principalis est tota SS. Trinitas: *Speciali* verò *ratione* Filius Dei, Joh. V, 22. non tantùm secundùm Divinam naturam; sed etiam secundùm assumtam humanitatem, Joh. V, 27. Act. XVII, 31.

§ 1106. *Causa impulsiva interna* est partim æqvitas Justitiæ Divinæ, partim Dei veritas, Luc. XXI, 33.

§. 1107. Impellens *externa* est tùm extrema diaboli sævitia. Apoc. XII, 12. tùm incorrigibilis hominum malitia, 1. Thess. V, 3. 2. Pet. III, 4.

§. 1108. Causa *administra* sunt Angeli, Matth. XXV, 31. Luc. IX, 26. Matth. XXIV, 31. Matth. XIII, 49. 50. & homines, 1. Cor. VI, 2. 3. Matth. XIX, 28. Luc. XXII, 30.

§. 1109. Materia *circa qvam* sive Objectum aliud *reale*, aliud *personale* est.

§. 1110. Objectum *personale* sunt partim Angeli, 1. Cor. VI, 3. 2. Pet. II, 4. Judæ v. 6 Matth. XXV, 41.

Apoc.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0588
DFG

Apoc. XX, 10. partim homines in universum omnes. Matth. XXV, 32. 2. Cor. V, 10.

§. 1111. Objectum *reale* sunt tùm fides & infidelitas, Joh. III, 18. 36. tùm utriusqve opera & effectus; cujusmodi etiam erunt verba otiosa, Matth. XII, 35. 36. nec non cogitationes & secreta cordium. Rom II. 15. 16. 1. Cor. IV, 5.

§. 1112. *Forma* Judicii extremi consistit in causæ cognitione, Matth. XXV, 35. 42. 1. Cor. IV, 5. & cognitæ decisione, nec non sententiæ definitivæ publicatione, Matth. XXV. 34. 41. & deniqve in sententiæ executione, Matth. XXV. 46.

§. 1113. *Norma* judicii hujus, & qvidem qvoad homines judicandos *generatim* loqvendo, est tota doctrina cœlestis, Joh. XII, 48. Rom. II, 16. *Speciatim* verò, & qvidem respectu *piorum*, Evangelium strictè sumtum, & qvatenus legi contradistinguitur, Gal. III, 9. 12. Matth. XXV, 34. respectu verò *infidelium* Lex. Gal. III, 10. Rom. II, 12. 1. Cor. VI, 9. 10 Gal. V, 19. 20. 21. Lex, inqvam: verùm *non sola* & per se spectata: sed *qvatenus per Evangelium collustrata est*.

§. 1114. Finis *principalis* est Dei & Redemptoris nostri glorificatio, 2. Thess. I, 6. 7. 10. 1. Cor. XV, 24. *Minus principalis* est tùm fidelium glorificatio, tùm infidelium condemnatio.

§. 1115. Definitio hæc est: *Judicium extremum est actus solemnis & publicus, in qvo Deus unitrinus per Dominum nostrum Jesum Christum, visibiliter comparentem, Angelos malos, omnesq; in universum*

mines justè judicaturus est, piis quidem secundum Evangelium, qui crediderunt, vitam æternam; impiis verò & infidelibus juxta normam Legis, ignominiam æternam, decernendo & adjudicando.

§. 1116. *Adjuncta* sunt (1.) *Tempus* (2.) *Locus.* (3.) *Antecedentia;* Ad qvæ referenda tùm signa prognostica, descripta Matt. XXIV, 29. seqq. Marc. XIII, 24. seqq. Luc. XXI, 25. seqq. qvæ diem extremum proximè & immediatè antecedent, ac proinde non confundenda cum Eclipsibus Lunaribus & Solaribus, qvas qvotannis fieri videmus. Hæc enim signa eqvidem extremi judicii sunt; verum non notificantia, sed adumbrantia: tùm παρασκευὴ seu præparatio actum Judicialem antecedens, ex plicata Matth. XXIV, 37. 38. seqq. cap. XXVI, 34. Act. I, 11. Matth. XIX, 28. cap. XXV, 31. (4.) *Consequentia*, cujusmodi sunt fidelium in veram patriam introductio; infidelium verò in locum damnationis detrusio, nec non totius hujus universi conflagratio; de qva in seqventibus.

DE CONSUMMATIONE SECULI.

§. 1117 Futurum esse aliqvando seculi finem & mundi consummationem, constat ex locis Ps. CII, 26. 27. Hebr. I, 11. 12. Esa. LI, 6. Luc. XXI, 33. 2. Pet. III, 7. 10. &c. 1. Joh. II, 17.

§. 1118. Causa efficiens *principalis* destructionis mundi ipse ejusdem Conditor Deus est. Ps. CII, 1. seqq. Heb. I, 10. seqq. Apoc. XX, 11.

§. 1119.

§.1119. Causa *media* seu instrumentalis est ignis. 2. Thess. I, 7. 8. 2. Pet. III, 7. 10.

§. 1120. *Materia* destructionis est totum hoc universum, Ps. CII, 26. 27. Es. LI, 6. Luc. XXI, 33. Rom. IIX, 19. 2. Pet. III, 10. Apoc. XX, 11. & qvicqvid eô continetur, præter Angelos & Homines.

§. 1121. *Forma* consummationis hujus non in nuda qvalitatum immutatione, sed ipsius substantiæ totali abolitione Ps. CII, 27. 2. Pet. III, 10. Apoc. XX, 11. consistit.

§. 1122. *Finis primarius* est DEI gloria. 1. Cor. XV, 24. seqq. *Secundarius* fidelium liberatio, Luc. XXI, 28. & impriorum condemnatio, 2. Petr. II, 9. Matth. XXV, 41.

§. 1123. Definitio hæc est: *Consummatio seculi est actio Dei unitrini, qvâ is per ignem totum hoc universum, & qvicqvid eô præter Angelos & homines continetur, qvoad substantiam totaliter annihilabit, in veritatis, potentiæ ac justitiæ suæ gloriam & piorum liberationem.*

§. 1124. *Adjuncta* consummationis hujus sunt (1) *tempus* (2) *Antecedentia*, qvæ sunt tùm signa prognostica, de qvibus in superioribus actum; tùm reditus Christi è cœlo ad judicium visibilis, resuscitatio mortuorum, piorum in occursum Christi raptus, extremum judicium &c. (3) *Consequentia*, cujusmodi sunt piorum in æternam gloriam introductio, impiorum verò in infernum detrusio.

FINIS.

Ἐκτύπωσις

METHODI
In Systemate hoc Theologico observatæ,

Cum

INDICE
Locorum Theologicorum ex professo qvavis parte tractatorum.

Universa Theologiæ tractatio dividitur in PROLEGOMENA & SYSTEMA ipsum.

Προλεγομένων duæ partes sunt: ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ GENERALIS, & ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ MOMENTORUM SPECIALIUM.

Προθεωρία generalis universæ Theologiæ faciem ac habitum ὡς ἐν συνόψει sistit pag. 1. seqq.

Προθεωρία specialis tribus absolvitur capitibus, qvorum

PRI-

PRIMUM

De Religione Christiana, pag. 7. seqq.

ALTERUM

De Principio Theologiæ cognoscendi,
Et
De Scriptura Sacra, pag. 10. seq.

TERTIUM

De Conclusionibus, sive Veritatibus Theologicis & Articulis fidei. pag. 16. seq. agit.

SYSTEMA IPSUM

Tribus expeditur partibus, qvarum prima de fine, tùm *objectivo*, DEO, tùm *formali*, DEI nempe fruitione: Secunda de *Subjecto operationis*, Homine scilicet lapso ad DEUM reducendo: Tertia, *de principiis salutis* à qvibus, & *mediis*, per qvæ finis ille introducendus, tractat.

Agitur ergò in prima parte

de DEI Notitia Naturali. p. 21. seq.
de Cognitione Revelata. 24
de Essentia DEI absolutè consideratâ. 25
de Attributis essentiam Divinam absolutè & citra respectum ad operationem describentibus. 26
de Attributis, quæ ad operationem referuntur. 27. seq.
de Consideratione DEI relativa. pag. 30 seq.
de DEO Patre. 33. seq.
de Filio DEI. 35. seq.
de Spiritu Sancto. 39. seq.
de Operibus Divinis in genere. pag. 41. seq.
de Creatione. 43. seq.
de Angelis in genere. 45. seq.
de Angelis bonis. 48
de Angelis malis. 49. seq.
de Obsessione spirituali & corporali. pag. 51. seq.
de Homine. 54

de

de Providentia. 55 *seq.*
de Fruitione DEI & Vita Æterna. pag. 61. *seq.*
de Ejus opposito, Morte Æterna. pag. 67. *seq.*

PARS SECUNDA

Agit de *Theologiæ subjecto*, Homine, scilicet lapso ad DEUM reducendo; ubi consideratur tùm *lapsûs* hujus *terminus à qvo*, imago DEI; tùm *terminus ad qvem*, peccatum; tum, qvod post lapsum in homine *residuum* fuit, liberum nempe arbitrium.

Tractatur ergò hâc parte

de Imagine DEI. 71. *seq.*
de Peccato in genere. 76
de Peccato primo. 77. *seq.*
de Peccato originali. 81. *seq.*
de Peccato actuali in genere. 84. *seq.*
de Peccato voluntario. 87. *seq.*
de Peccato involuntario. 89. *seq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0601
DFG

de Peccato veniali. 91
de Peccato mortali. 93
de Peccato in Spiritum Sanctum 93. *seq.*
de Peccato in Filium hominis. 97
de Induratione. 98
de Viribus naturalibus post lapsum in homine residuis. 99. *seq.*
de Libero Arbitrio. 101. *seq.*

PARTIS TERTIÆ

Pars prima tractat de salutis nostræ principiis, qvorum tria; I. *Benignissima Patris erga homines lapsos voluntas*, eaqve tùm *universalis*, tùm *specialis*, in Electione nostri conspicua.

II. *Fraterna JESU CHRISTI Redemtio*, ubi consideratur (1) *Redemtor*, qvoad *nomina, personam, officium, status* (2) *Redemptio ipsa.*

III. *Gratia Spiritus Sancti sanctificatrix*, in hominum vocatione, regeneratione, conversione, justificatione &c. se exerens.

Pars *Secunda* agit *de mediis salutis*, tùm *propriè dictis*; iisqve vel *exhibiti-*

tivis, Verbo & Sacramentis, cum dispositione *veteri* & *nova* circa ea occupata: vel λητικῶ, *fide* scilicet, cujus effectus mediatus sunt *Bona Opera*, considerata hic tàm ratione qvidditatis suæ, qvàm ratione exercitii, qvod in tota latitudine sua vocari potest Militia Christiana, sub signo crucis, precum roborata subsidio, se diffundens per omnes status Hierarchicos, ex qvibus constituitur Totum illud aggregatum, qvod dicitur Ecclesia, cujus, ut & universæ Hierarchiæ Christianæ, communis hostis Antichristus magnus est: Tùm ὡς ἐπλάτῃ *nuncupatis*, cujusmodi sunt mors corporis, resurrectio mortuorum, judicium extremum, consummatio seculi.

Agitur ergo tertiâ hâc parte

de Benignissima DEI erga lapsos voluntate universali. 112
de Benevolentia DEI speciali & Prædestinatio-

natione finaliter credentium ad vitam æternam. 113
de Oppositâ ei finaliter infidelium Reprobatione. 117. *seq.*
de Redemtore, ejusqve Nominibus. 120
de Ejusdem Persona. *ibid.*
de duabus in CHRISTO Naturis. *ibid.*
de Natura Divina. 121
de Natura Humana. 121. *seq.*
de Unione Personali & nominatim de ejus actu. 124. *seq.*
de Unionis Statu. 127
de Propositionibus personalibus ex Unione fluentibus. 128. *seq.*
de Communicatione Idiomatum in genere. 132
de Primo communicationis Idiom. genere. 133. *seq.*
de Secundo genere. 138. *seq.*
de Tertio genere. 144. *seq.*
de Officio Christi, & nominatim de Prophetico. 148. *seq.*
de Officio Sacerdotali. 150

de

de Satisfactione Christi. 150. seq.
de Intercessione ejusdem. 153. seq.
de Officio Regio in genere. 154. seq.
de Officio Regio in Regno Potentiæ. 156
de Officio Regio in Regno Gratiæ. 157. seq.
de Officio Regio in Regno Gloriæ. 159
de Statibus Christi, & speciatim de Exinanitione. 160. seq.
de Christi Conceptione. 161
de Christi Nativitate. 162
de Christi Passione. 163. seq.
de Christi derelictione in Cruce. 165. seq.
de Christi morte. 168. seq.
de Christi Sepultura. 169
de Exaltatione. 170
de Gradibus Exaltationis, & nominatim
de Christi descensu ad inferos. 172. seq.
de Christi Resurrectione. 174. seq.
de Christi Ascensione in cœlos. 176. seq.
de Christi Sessione ad dextram DEI. 178. seq.

de

de Redemtione per Christum facta 180. seq.
de Vocatione. 184. seq.
de Regeneratione. 187
de Conversione. 191. seq.
de Pœnitentia. 200. seq.
de Justificatione. 204 seq.
de Unione Credentium Mystica cum DEO. 209
de Renovatione. 214 seq.
de Verbo DEI, & nominatim de Lege 217
de Lege Naturali. 217 seq.
de Lege Morali. 219
de Lege Ceremoniali. 223
de Lege Forensi. 227. seq.
de Evangelio. 229. seq.
de Sacramentis in genere. 231
de Sacramentis Veteris Testam. & speciatim de Circumcisione. pag. 235. seq.
de Agno Paschali. 238
de Sacramentis Novi Testam. & nominatim de Baptismo. 241. seq.

de Sacramento Cœnæ. 245. seq.
de Testamentis Divinis in genere. 249 seq.
de Testamento Veteri. 252. seq.
de Testamento Novo. 254. seq.
de Convenientia Veteris & Novi Testamenti 256
de Differentia utriusque. 258
de Fide. 260. seq
de Bonis operibus. 264
de Exercitio bonorum operum. 265
de Cruce. 266. seqq.
de Oratione. 268. seq.
de Ministerio Ecclesiastico. 270. seq.
de Magistratu Politico. 272
de Conjugio. 273
de Ecclesia. 274
de Ecclesia Synthetica. 275
de Ecclesia Repræsentativa. 278
de Antichristo Magno. 280
de Morte. 282

de

de Resurrectione Mortuorum. 285
de Extremo Judicio. 287
de Consummatione Seculi. 290

IN-


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0616
DFG

INDEX
verborum & rerum.

A.

ABstractum *personæ, naturæ.* 130
Adam, *unde dictus?* Ejus *Causa efficiens. Materia ex qva. Productionis modus. Qvô fine & tempore creatus.* 54
Adessentia κατ' οὐσίαν & κατ' ἐνέργειαν. 53. 58.
Afflictio, *vid. Crux.*
Agnus Paschalis *Sacramentum Vet. Testam.* Ejus *Etymon. Varia acceptio.* 238. *Causa efficiens principalis, ministerialis.* 239. *Subjectum participans. Materia ex qva. Forma. Norma. Effectus. Finis.* 240. *Definitio. Adjuncta.* 241.
Amor Dei, *vid. Dilectio, Benevolentia.*
Am Jüngsten Gericht mein Fürsprach sey: *qvomodo hæc sint intelligenda verba.* 154
Angeli 45. Eorum *Etymon. Varia acceptio, Existentia.* 45. 46. *causa efficiens, materia, forma, propria seu attributa negativa, affirmativa,* 46. *intrinseca, extrinseca, actio-*

ctiones immanentes, transeuntes. Intellectio naturalis, revelata, experimentalis, status originalis. 47. Angeli an sint in Ubi. 47. an in iis fuerit potentia peccandi proxima. 48

Angeli boni, *cur ita dicti?* Eorum *confirmatio in bono, vis intellectiva, voluntas, sanitas, libertas, potentia. 48. numerus, ordines, officium, Angeli tutelares 49.*

Angeli mali, *cur ita dicti?* Eorum *miseria unde?* eorum *Lapsus, vid. titul.* Lapsus Angelor. eorum *persistentia in malo incorrigibilis. 49. peccatum quo lapsi. 50. Intellectus obfuscatus, voluntas depravata, cognitio rerum supernaturalium, scientia insignis naturalis, & experimentalis rerum naturalium, cognitio futurorum contingentium, libertas, potentia. 51. quid ipsis cum bonis angelis commune.* 51

Anima hominis *spiritualiter obsessi an mere passivè se habeat? an malo corporalis obsessionis afficiatur. 52. Anima humana qualis ante lapsum 55. 73. quomodo propagetur 55. 83.* Ejus *triplex perfectio, intellectus, voluntas, appetitus.*

Anti-Christus magnus, *ejus termin⁹ variè sumi-*

sumitur, est communis Ecclesiæ hostis. 230. *Ejus ortus, sedes generalis, specialis, proprietates.* 281. *Regni destructio totalis.* 282

Articuli Fidei, *cur dicantur articuli? an verius doctrinæ fidei articuli vocentur?* Eorum *principium in essendo, in cognoscendo.* 17. *Materia, forma, affectiones generales, descriptio generalis, distinctio in puros & mixtos.* 18. *in fundamentales & non fundamentales.* 19

Articuli fidei fundamentales. 19. *Eorum definitio, objectum, forma, finis, affectiones, distinctio.* 17. 21. *fundamentum.* 20

Arbitrium, *vox variè sumta.* 101

Arbitrium liberum *v. sub liter L.*

Ascensio Christi in cœlos. Ejus *acceptio varia, subjectum quod & quo, principium agendi, Terminus à quo, per & ad quem.* 176. 177. *forma, finis.* 177. *definitio.* 178

Attributa Dei *absoluta.* 26. *respectiva.* 28. *Essentialia, personalia.* 134

B.

Baptismus. 242. Ejus *Etymon, varia acceptio, causa efficiens principalis,* 242. *causa mini-*

ministerialis ordinaria & extraordinaria, materia ex qva, forma, norma, effectus. 243. objectum, finis. 244. definitio, adjuncta. 245

Benevolentia DEI *distinguitur in universalem & specialem. 111. 112. 113. Conf. Tit. Voluntas, Misericordia.* 112

Benevolentia Dei universalis, 111. Ejus *subjectum, objectum, fundamentum, actus formalis, modus, finis, descriptio.* 112

Benevolentia Dei specialis. 113

Bona opera *sunt mediatus effectus renovationis. 216. & fidei justificantis. 264. cur dicantur bona. 264.* Eorum *distinctio, subjectum operans, materia circa qvam, forma absoluta & relata. 264. Finis, definitio, affectiones. 265. Exercitium dicitur Militia Christiana. ibid. vid. Titul. Milit. Christi.*

Bona vitæ æternæ *externa & interna. 64. 65. 66. Essentialia 62. accidentalia. 66. Bonorum vitæ æternæ affectiones.* 66

C.

Calamitas, *vid. Crux.*

Cœna Dominica. Ejus *Etymon, synonyma, causa*

causa efficiens principalis. 246. & ministerialis, materia ex qva, forma & actus formales. 246. Norma, effectus. 247. subjectum cui, finis, definitio. 248. adjuncta 249

Characteristica Patris *ad intra, ad extra.* 33. 34

Christus. Ejus *nomina 35. 120. persona, ubi de duabus naturis. 120. natura divina 35. 121. & humana. 121. Ignorantia. 123. naturarum unio, vid. titul. unio person.* Ejus *officium. vid. officium, exinanitio & exaltatio, vid. titul. status.* Ejus *Conceptio, nativitas, passio, derelictio, mors, sepultura, descensus ad inferos, resurrectio, ascensio in cœlos, sessio ad dextram Dei &c. hæc qvære sub suis titulis. Christus an mortalis fuerit. 124. an ut homo sit omnipræsens? 58. Conf.* & *tit.* Redemtor, filius Dei.

Circumcisio. 235. Ejus *Etymon, varia acceptio, causa efficiens principalis, ministerialis, ordinaria & extraordinaria. 235. Causa instrumentalis, subjectum qvod & qvo, materia ex qva, forma norma, effectus. 236. Finis, definitio, adjuncta.* 237

Cognitio *concreata, accessoria, intuitiva, experimentalis. 3. naturalis 51. specularis, immediata, perfecta, comprehensiva. 65. Confer tit.* Notitia, scientia.

Communicatio, *variè sumitur. 132. potest fieri variis modis.* 140.

Communicatio Idiomatum. 132. Ejus *tria genera.* *ibid.*

Communicationis Idiomatum primum genus 133. Ejus *Synonyma, propositiones, definitio, species, γνωρίσματα* 138

Communicationis Idiomatum secundum genus 139. Ejus *Synonyma, causa efficiens. 138. 139. subjectum, materia. 139. Characteres. 143. quomodo hæc communicatio fiat?* 138. 140

Communicationis Idiomatum tertium genus 144. Ejus *Synonyma. 144. definitio 147. Characteres.* 148

Communicatio mystica. 213

Conceptio Christi. 161. Ejus *subjectum quod & quo, principium activum & passivum, principium passivum totale seu remotum, & partiale seu proximum, forma, finis.* 161. 162

Concilium *dicitur Ecclesia repræsentativa.*

Ejus

Ejus *causa principalis remota & proxima.* 278. *Materia ex qva sunt personæ concilium constituentes, ut Præses & assessores, materia circa qvam, sive objectum, norma, forma, finis.* 279. *definitio & distinctio.* 280

Concretum *personæ & naturæ.* 129. 130. *Compositæ personæ.* 97

Concupiscentia. 82. *An peccatum?* ibid.

Conjugium 273. Ejus *distinctio, causa efficiens principalis, suprema sive remota & secundaria, propinqva ac intermedia; causa antecedens, materia.* 273. *Forma, finis, definitio, adjuncta, pugnantia* 274

Conservatio divina *est actus providentiæ.* 57. 58.

Consummatio seculi, *an sit futura?* ejus *causa efficiens principalis.* 290. *instrumentalis, materia, forma, finis, definitio, adjuncta.* 291

Contritio *pars pœnitentiæ.* 202. *an sit medium apprehendendæ gratiæ?* 203

Conversio *est actus gratiæ Spiritus S. applicatricis. Ejus Etymon & distinctio.* 192. *Synonyma, causa efficiens,* movens *interna*

& *externa*, *causa efficiens* agens *principalis & minus principalis*, *tùm organica tùm ministerialis*. 194. *Subjectum quod & quo*. 195. *Terminus à quo & ad quem*. 196. *Forma & ejus gradus*, *ut gratia præveniens*, *præparans*, *operans*, *excitans*, *perficiens*. 197. 198. *Finis*, *definitio*. 199. *Effectus est pœnitentia*. 200. *pœnitentiæ effectus immediatus justificatio*, *mediatus unio mystica*. Vid. Titul. Pœnitent. Justificat. unio mystica.

Cooperatio *sive concursus Dei*, *est actus providentiæ divinæ* 57. 58. *quomodo distinguatur ab omnipræsentia*. 58

Corpus *humanum an impatibile ante lapsum* 55. Ejus *perfectiones*. 74. 124. *quale futurum in vita æterna*. 65

Creatio *sumitur vel propriè vel impropriè* 43. 44. Ejus *Causa efficiens*. 44. *An tres personæ Trinitatis Causæ sociæ in hoc opere?* Ejus *materia*, *forma*, *finis*. 44. *effectus sive terminus*, *definitio*. 45

Crux *est signum Militiæ Christianæ*. 266

Conf. tit. Milit. Christian. *Crucis Synonyma*, *distinctio à pœna*. 266. *Causa efficiens principalis & ministerialis*, *subjectum*

Eum patiens, forma, finis, 267. definitio & affectiones. 268

D.

Damnatio *æterna*, vid. Mors ætern. *cur renati ob peccata non damnentur?* 92

Derelictio Christi. *165. in hac notetur subjectum derelinqvens & subjectum derelictionem patiens qvod & qvo 165. derelictionis forma, 266. Finis, consequens, & adjuncta.* 167

Descensus Christi *ad inferos 172. Vox hæc variè sumitur. 173.* Ejus *subjectum qvod & qvo, Terminus ad qvem, forma, momentum. 173. Causa finalis, definitio.* 174

Desperatio *omnimoda de formali æternæ mortis.* 69

Determinatio divina *est actus providentiæ gubernatricis.* 59

Deus *qvot modis cognoscatur? 22. an sit? 24* Ejus *nomina. 24. Essentia*, vid. vocem Essent. Dei. Ejus *attributa absoluta & respectiva. 27. 28. 29. Descriptio. 41. Opera*, vid. tit. Opera divina.

Deus Trinunus. vid. Trinitas & titul. Person. divin.

Dei notitia naturalis *an detur?* Ejus *causa efficiens, materia. 22. Objectum, forma, finis, definitio, affectiones. 23. distinctio.* 24

Diabolus vid. Angel. mal. *an vi aut impulsione interna seduxerit parentes?* 78

Dilectio Dei *intensissima, seria, non absoluta sed ordinaria, 112.* vid titul. de Amore & benevolentia Dei.

Directio divina *est actus providentiæ gubernatricis.* 59

E.

Ecclesia *est aggregatum statuum hierarchicorum. 247.* Ejus *vox variè sumitur, distinguitur in Syntheticam & repræsentativam.* 275

Ecclesia Synthetica. 275. Ejus *varia acceptio, distinctio in militantem & triumphantem, in universalem & particularem. 275. 276. Ecclesiæ Syntheticæ causa principalis agens & movens, causa ministerialis & instrumentalis, materia ex qva, formâ & notæ. 277. finis, definitio & affectiones.*

Ec-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0626
DFG

Ecclesia repræsentativa. *vid.* Concilium, Synodus.

Electio *113. 114. vid. titul. Prædestinatio: Electionis Synonyma, causa efficiens, agens & movens, principium normans sive dirigens. 114. subjectum, finis, descriptio, 116. attributa, 117. Electio quô ordine fiat, 115. an illam ingrediatur fides.* 114

Electi *pauci. 117. totaliter, sed non finaliter possunt excutere gratiam.* 117

Essentia Dei *considerari potest absolutè.* 25. *relativè.* 30

Eva *ex qua materia fuerit formata.* 54

Evangelium. *229. Ejus varia acceptio.* 229 *Causa efficiens principalis & minùs principalis, cùm ministerialis, tùm instrumentalis, subjectum cui, materia circa quam seu objectum reale, forma, finis. 230. definitio, affectiones. 231. Evangelium an peccati actualis possit esse objectum? 85. 94.* 95

Exercitium pietatis *sive bonorum operum dicitur Militia Christiana. vid. Tit. Milit. Christ.*

Exinanitio & Exaltatio Christi, *vid. statum Exinanit. & Exaltationis.*

F.

Festa *sive festivitates Judæorum.* 226
Fides, *qvâ creditur, qvæ creditur. 17. Fidei fundamentum. 20. an ingrediatur electionem? 114. est medium salutis. 217. 260.* Ejus *causa efficiens principalis. 260. instrumentalis, ministerialis, materia ex qva. 261. Materia in qva sive subjectum totale & partiale. 262. Materia circa qvam, forma, effectus, 262. Influxus sive causalitas, finis, definitio. 263. adjuncta.* 264
Filius Dei *cur vocetur secunda persona? cur filius dicatur? est verus Deus. 35.* Ejus *nomina essentialia, personalia, officialia. 35. Attributa essentialia, personalia 36. Opera ad intra, ad extra, substantia personalis. 37. Generatio passiva, missio passiva, hæc missio qvomodo distinguatur ab incarnatione.* Ejus *relatio ad primam & secundam personam, Characteristica ad intra, ad extra. 38. descriptio. 39. spirat & mittit Spiritum Sanctum. 38.* vid. & Titul. Redemptor.
Fruitio Dei *inchoata, consummata. Inchoata in qvo consistat? Consummata absolutè,*

vel

vel secundum quid talis. 62. vid. tit. Vit. ætern.

G.

Generatio æterna. *34. quomodo differat à missione & à spiratione?* 34
Gratia habitualis. 113
Gratia Spiritus Sancti *applicatrix. 196. 197. Ejus actus sunt vocatio, regeneratio, conversio, unio mystica, renovatio: hæc videantur sub suis titulis. Gratia incipiens sive præveniens. 108. 107. præparans, operans, excitans, perficiens. 197. 198. gratia inhabitans & perficiens differunt.* 198
Gubernatio divina *est actus providentiæ. 57. 59.* Ejus *actus sunt permissio, impeditio, directio, determinatio.*

H.

Homo *unde dictus? considerari potest in fieri vel in facto.* Ejus *causa efficiens. 54. Principia constitutiva interna, materia, forma, 55. Status primus & primum insecutus.* vid titul. ſtatus hominis. *Confer. & titul.* Adam. Eva.

Idio-

I.

Idioma *variè sumitur.* 132
Idiomatum *communicatio, vid. Communicat. in litera C.*
Ignorantia *puræ negationis.* 73. 123. *vincibilis ex malo affectu crassa, supina, affectata* 90. *vincibilis in se, vel in causa sua talis.* 90. *Ignorans, & per ignorantiam pecco, an idem?* 91. *Ignorantia pravæ dispositionis.*
Illegalitas *variè sumitur.* 92
Imago Dei 71. *Ejus Etymon, Homonymia sive varia acceptio.* 72. *an accidentaliter sumatur, cùm de Adamo dicitur?* 71. *An detur? Ejus causa efficiens, agens, impellens sive movens, subjectum.* 72. *Forma principalis, minus principalis.* 73. *Finis, adjuncta, definitio.* 75
Immediatio *suppositi sive adessentia substantialis, immediatio virtutis sive adessentia secundùm operationes.* 58
Immortalitas *naturalis, gloriosa, absoluta, restricta, qvomodo Adamus ante lapsum fuerit immortalis?* 74
Impassibilitas *variè sumitur.* 74

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0630
DFG

Impeccabilitas *est vel absoluta sive omnimoda, vel secundùm quid talis, an Adamus ante lapsum fuerit impeccabilis?* 74
Impeditio divina *est actus providentiæ gubernatricis.* 59
Imputatio *justitiæ Christi.* 208. *Ejus forma, fundamentum* 207. *causa finalis.* 208
Imbecillitas *naturalis, vitiosa, personalis.* 122. 123
Incarnatio *sumitur vel activè, vel passivè,* 125. *differt ab assumtione.* ibid.
Indemnitas. 92
Induratio. 98. *Ejus varia acceptio, causa efficiens an Deus sit?* 98. *Subjectum, objectum, forma, effectus.* 99. *an Deus induret?* 98
Infernus, *vid. tit.* Mors æterna. Ejus πῦρ 69
Intellectio *naturalis, revelata, experimentalis.* 47. *Intellectus Adami ante lapsum qvalis?* 73
Interceſſio Chriſti. 133. *Ejus objectum ad qvod, pro qvo, circa qvod sive materia, fundamentum, forma.* 153. *Finis, initium & duratio.* 154
Interceſſio Spiritus Sancti 154. *differt ab interceſſione Chriſti* 154

Judi-

Judicium extremum. 287. *est vel particulare vel universale*, 287. *an sit futurum?* Ejus *causa efficiens principalis agens, impellens externa, & interna, causa ministerialis, materia circa quam, sive objectum personale & reale*, 288. *Forma, norma, finis.* 289. *Definitio & adjuncta.* 289. 290

Justificatio *est effectus immediatus pœnitentiæ.* 204. Ejus *varia acceptio, subjectum, causa efficiens principalis agens, movens interna & externa, causa efficiens minùs principalis ex parte Dei & hominis.* 205. *Forma, subjectum quod & cui, materia.* 206. *Effectus, definitio, affectiones.* 208 *Confer titul. de imputatione.*

Justitia DEI *punitiva seu vindicativa.* 118

L.

Lapsus Angelorum. 49. Ejus *causa efficiens.* 49. *quot Angeli defecerint? Lapsus forma generica. Ejus momentum, ordo, pœna positiva, & privativa.* 50

Lapsus primorum Parentum, 77. *Ejus Synonyma, causa externa principalis, instrumentalis.* 78. *Diabolus an vi aut impulsione interna parentes seduxerit? Lapsus hujus subjectum.* 78. *Objectum, forma, finis,*

finis. 79. *effectus & definitio.* 80. *cur per lapsum hunc omnes homines sint peccatores?* 78.79. *an noster sit per solam imputationem?* 79

Lex. *An renati sint sub ea?* 92. *Legis distinctio in temporariam & perpetuam; temporaria est vel ceremonialis vel forensis* 223. *Perpetua est vel naturalis vel moralis.* 217

Lex naturalis *varie sumitur.* 217. *Ejus causa efficiens, materia in qva sive subjectum totale & partiale, cùm remotum tùm proximum, materia ex qva, circa qvam sive objectum personale & reale, forma, finis.* 218. *Definitio, affectiones.* 219

Lex moralis *qvando data? est vel primitiva vel primitivam insecuta.* 219. *Legis moralis causa efficiens principalis, exemplaris, in qva, circa qvam sive objectum reale & personale, materia ex qva, forma, finis, usus, definitio, affectiones.* 222.223

Lex ceremonialis. 223. *Ejus Etymon, causa principalis & instrumentalis, materia circa qvam* 223. *forma, finis, definitio, affectiones.* 227

Lex forensis 227. Ejus *causa efficiens principalis*

palis & ministerialis. 227. materia circa quam sive objectum, materia ex qua 228. In Lege forensi quædam sunt juris communis, quædam juris particularis. 228. Legis hujus forma, finis, definitio, affectiones. 229

Libertas distinguitur in eam, quæ à coactione, ab obligatione, à necessitate, à dominio peccati, à miseria. 101. 102. 103. Libertas à necessitate est vel contrarietatis sive specificationis, vel contradictionis sive exercitii. 48. 51. 102

Liberum arbitrium. 101. an sit vox biblica? variè sumitur. 101. 105. an manserit in homine post lapsum. 105. Ejus subjectum 105, 106. Objectum, forma, definitio. 106. Liberum arbitrium est vel Dei, vel Angelorum, vel hominum 106. Liberum arbitrium hominis ante & post lapsum cùm in statu corruptionis, tum reparationis. 197

M.

Magistratus Politicus. 272. Ejus varia acceptio, causa efficiens principalis & media, materia circa quam sive objectum cùm per-

personale, tum reale, forma, finis, 272
Definitio, adjuncta. 273
Media salutis. 110. *Eorum distinctio.* 217
Meritum Christi & *satisfactio quomodo differant?* 151
Militia Christiana 265. Ejus *dux, stipendia, hostes, arma,* 266. *Signum hujus militiæ est crux, subsidium oratio.* Confer. titul. Crucis & oratio.
Ministerium Ecclesiasticum. 270. Ejus *causa efficiens principalis.* 270. *Minus principalis, materia in qva & circa qvam sive objectum, cùm reale, tùm personale, forma, actus, finis, definitio adjuncta.* 271.
Miseria humanæ vitæ, *vid.* Crux.
Misericordia Dei *universalis, dicitur & voluntas antecedens.* 115
Mors 282. *vox hæc sumitur variè.* 282. *distinguitur in naturalem, spiritualem & æternam.* 283
Mors naturalis. 282. *Est medium salutis.* 282 Ejus *causa prima seu remota, propinqva, interna & externa* 283. *Subjectum prædicationis & inhæsionis cùm qvod, tùm qvo, forma, finis, definitio, divisio.* 284
Mors spiritualis 92. 93. *Est vel fidelium, vel infide-*

infidelium, hæc vel temporaria, vel æterna. 283

Mors æterna. 67. *an detur. Ejus causa à parte Dei & hominum, subjectum, forma,* 68. *Mala privativa & positiva, cùm externa, tùm interna, affectiones, &c.* 69. *Finis, definitio* 70. *initium tormentorum infernalium.* 70

Mortalitas, *vid. Tit. immortal.*

N.

Nativitas Christi. 162. *Ejus subjectum quod & ex quo, cùm totale, tùm partiale, forma, finis.* 162. 163

Naturale *variè sumitur.*

Naturalis Dei notitia *vid. Tit. Deus.*

Necessitas *alia physica sive absoluta, alia hypothetica* 103. *alia consequentis, alia consequentiæ.* 103. *Necessitas coactionis, obligationis, immutabilitatis, hæc ultima distinguitur in necessitatem contrarietatis sive quoad speciem actus, & necessitatem contradictionis sive quoad exercitium actus.* 104

Nomen *essentiale, personale, officiale,* 35. 36

Notitia *distinguitur in naturalem, experimentalem. 51. revelatam, intuitivam &c. 62. Alia specularis, immediata, perfecta, comprehensiva.* 63

O.

Obsessio spiritualis. *52. Ejus subjectum quod & quo, causa efficiens agens, movens, forma, eventus, an diabolus secundum substantiam sit in obsessis? Anima obsessi an merè passivè se habeat?* 52

Obsessio corporalis. *52. Ejus subjectum quod & quo, ubi distinctio inter piorum & impiorum obsessionem, obsessionis corporalis causa efficiens. 52. promerens, forma, finis, signa. 53. An Diaboli dominium in obsessis sit absolutum.* 35

Officium Christi *triplex, propheticum, sacerdotale, Regium.* 148

Officium Christi Propheticum. *148. Ejus causa efficiens. 148. Objectum, forma, finis, definitio.* 149

Officium Christi Sacerdotale. *150. Ejus causa efficiens, materia circa quam, objectum cui, forma, finis, definitio. 150. Partes,*

nempe Satisfactio & Interceſſio, *hæc videantur ſub ſuis titulis.*

Officium Chriſti Regium. 154. *Ejus materia circa qvam, forma, finis, initium ſive Terminus à qvo, definitio.* 155. de triplici Regno CHRISTI vid. vocem Regni.

Omnipræſentia Dei. 58. *qvomodo differat à concurſu.* 58. *Ejus fundamentum.* 58

Opera *eſſentialia, perſonalia.* 33. 41.

Opera *divina alia ad intra, alia ad extra.* 41. *illa vel eſſẽtialia vel perſonalia, eſſentialia indiviſa, perſonalia diviſa.* 41. *Opera ad extra vel interna vel externa. Hæc vel eſſentialia vel perſonalia.* 42. *Opera potentiæ, miſericordiæ, Juſtitiæ.* 43.

Oratio *eſt ſubſidiũ militiæ Chriſtianæ.* 268. *Ejus cauſa efficiens, agens, movens, ſubjectum qvod, terminus ad qvem, forma, fundamentum.* 268. Objectum *qvod in Oratione DEO offertur vel perſonale vel reale, hoc vel poſitivum vel privativum, orationis finis, definitio, adjuncta, diſtinctio.* 269

Paſ-

P.

Passio Christi. 163. *distinguitur in inchoatã & extremam. 163. Ejus subjectum qvod & qvo, objectum, modus, finis. 163. 164. 165.*

Pater *prima persona Trinitatis. 33. vox patris variè sumitur, an prima persona tantùm possit vocari Pater? An hæc persona Patris sit verus Deus? Ejus substantia seu personalitas, proprietas characteristica ad intra, ad extra. 33. 34. Relatus ad secundam, & tertiam personam, 33. definitio. 34.*

Peccatum *omne suâ naturâ damnatione dignum. 68. qvomodo circa peccatum occupata sit divina providentia? 61.* peccati *Etymon, Synonyma, causa an Deus? materia in qva sive subjectum 76. Objectum. 77 94. Formale absolutè vel relatè tale, finis, effectus. 77. Distinctio. 77. 81. 82. 84. 85. 87. 88. usqve ad pag. 97*

Peccatum Originale *unde sic dictum? 81. Ejus Homonymia, origo, subjectum. 81. Objectum, forma, 82. Effectus, 83. an naturâ suâ sit damnabile? 82. an actu semper damnet? Ejus adjuncta, an sit substantia?*

an propagetur? Ejus *duratio, qvot in eo consideranda? An ejus fomes tollatur in ipsa cinefactione?* Ejus *definitio.* 83

Peccatum actuale *variè distinguitur* 84 *usqve ad pag. 99. Confer cum titulo peccati, titul. de lapsu primorum parentum.*

Personæ Trinitatis; *qvot?* Earum *nomina, qvomodo inter se & ab Essentia distinguantur. 31. 32. Earum ordo in subsistendo & operando, Persona una an sit in alia? an una sit major alia? 32. An concurrant in creatione ut causæ sociæ?* 44

Pœnitentia 200. *184.* Ejus *Etymon, Synonyma, varia acceptio. 200. Subjectum qvod & qvo, cum remotum tùm proximum, causa efficiens principalis. 201. Causa efficiens minùs principalis cùm ministerialis, tùm instrumentalis, materia circa qvam sive objectum, materia ex qva. 202. Forma, finis, effectus mediatus & immediatus, definitio.* 203

Prædestinatio *113.* Ejus *Etymologia, Homonymia & Synonymia.* 113. 114

Propositiones personales *ex unitione fluentes differunt ab iis, qvæ ex unione. 127. Illæ qvæ ex unione oriuntur, dicuntur inusita-*

sitatæ 131. suntqve vel primi *generis Com. Idiom. 133. 134. vel* secundi *141. vel* tertii 146

Providentia DEI. *55. Unde dicatur?* Ejus *Synonyma, sumitur variè 55. 56. An detur providentia divina? an sit opus externum, an tribus personis Trinitatis hæc providentia tribuenda? 56.* Ejus *objectum generale, speciale, specialissimum, Objectum primarium, & secundarium, forma,* Providentiæ *tres actus, conservatio, cooperatio, gubernatio. 57. Finis, definitio, distinctio in generalem & specialem, ordinariam & extraordinariam, circa bonum & malum.* 60

R.

Redemtio *est salutis principium. 119.* Ejus *Etymologia, Synonymia, Homonymia* 180 *In hac redemtione notentur captivus redimendus, captivum detinens, detentum redimens & redemtionis medium. 182. 183*

Redemtionis *forma, finis, affectiones. 183. Definitio.* 184

Regeneratio & *actus gratiæ applicatricis, 184. Ejus varia acceptio 187. Distinctio 188*

Synonyma, subjectum quod & quo. 189. *Causa efficiens est vel movens vel agens, illa vel interna vel externa, hæc principalis, vel minùs principalis, minus principalis organica vel ministerialis, Regenerationis terminus à quo & ad quem.* 190 *Forma, finis, definitio.* 191. *Affectiones.* 192

Regeniti *vid.* renati.

Religio 7. Ejus *Etymon, varia acceptio* 7. 8. *Religio propriè dicta quotuplex?* 8. *Religionis veræ causa principalis & ministerialis, principium normativum, objectum, materia.* 8. *forma, finis, definitio, affectiones, & notæ.* 9. *Ejus summa continetur in symbolis.* 9. 10. *Oppositæ.* 10.

Regnum Christi *triplex.* 156.

Regnum potentiæ. *In hoc notentur, Dominus, causæ administræ, objectum, forma, finis, locus, initium, definitio.* 156. 157

Regnum gratiæ, *hujus notentur Dominus, causæ ministeriales, instrumentales, objectum, forma, actus regii, finis, locus, initium, terminus sive finis, definitio.* 157 158.

Re-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0642
DFG

Regnum gloriæ 159. *Ejus Dominus, causa ministerialis, forma, finis, πῶ, initium, Descriptio.* 159.

Renati *an voluntaria committant peccata? 87. An quà tales committant involuntaria peccata? 89. An possint esse reprobati?* 119

Renovatio 214. *Ejus varia acceptio.* 214 *Synonyma, causa efficiens principalis agens & promerens, causa instrumentalis, materia, subjectum quod & quo. 215. Terminus à quo & ad quem. 216. Forma, finis, effectus mediatus & immediatus, definitio, affectiones.* 216.

Reparatio *inchoata vel consummata* 109

Reprobatio. 118. *an sit vox biblica? Ejus Synonyma; causa efficiens, subjectum, finis, definitio, attributa.* 118

Reprobati *an possint esse renati?* 119

Resurrectio Christi 174. *Ejus Synonyma, varia acceptio 174. Subjectum quod & quo causa efficiens & principium agendi, materia, forma, tempus, finis. 175. Descriptio. 176*

Resurrectio mortuorum. 285 *Terminus resurrectionis variè sumitur, an futura sit resurrectio? Ejus causa efficiens prima.* 285

causa meritoria, ministerialis, objectum, subjectum quod & quo, forma, finis. 286
Definitio, adjunctum, cognatum. 287

S.

Sacramenta 231.232.233
Sacrificium 224
Sanctificatio *variè sumitur.* 214.215
Sanctitas *inhærens effectus immediatus renovationis.* 216
Scriptura sacra 10. *Ejus principium cognoscendi, varia acceptio, Synonyma, causa efficiens, materia, forma.* 11. *Finis.* 13. *Definitio.* 14. *Affectiones.* 14.15. *Divisio.* 16. *Sacra Scriptura cur ad præcognita Theologiæ referatur? cur sacra dicatur?* 10. *Ejus sensus literalis quotuplex?* 12. *sensus mysticus.* 13
Sensus *Scripturæ literalis & mysticus.* 12.13
Sepultura Christi. 169. *Ejus notetur subjectum quod & quo.* 169. *Curatores funeris, exequiatores, forma, finis & effectus.* 170
Servitus *variè sumitur* 104.105
Sessio Christi ad dextram, *quid per dextram & sessionem intelligatur? sessionis hujus subjectum quod & quo.* 178. *Ejus forma,*

ma, terminus à quo, adquem, finis & effectus, 179. Definitio. 180
Spiratio æterna. *34. 38. differt à missione.* 34.38
Spiritus Sanctus *cur vocetur tertia persona? cur spiritus? cur sanctus?* Ejus *vera Deitas, nomina, attributa, opera, cultus,* 29. *Subsistentia personalis, an sit persona à Patre & Filio distincta?* Ejus *proprietas characteristica ad intra, ad extra* 40. *Spiratio passiva à Patre & Filio* 34. 38. 40. Ejus *missio à Patre & Filio* 34. 38. 40. *Spiratio ejus passiva differt à missione.* 40. *Ejus descriptio.* 41
Sponsalia *sunt causa antecedens Conjugii.* 273
Status Hierarchici *tres, Ecclesiasticus, Politicus, Oeconomicus.* 270
Status hominis *innocentiæ* 71. *vid.* Imago Dei. *Status intermedius.* 74. *Status peccati sive corruptionis.* 76. 107. *Status reparationis inchoatæ & consummatæ* 109
Status Christi *Exinanitionis.* 160. *Exaltationis.* 170
Suasio *moralis externa.* 78
Symbola *æcumenica & particularia.* 9. 10
Synodus Ecclesiastica *vid. Concilium.*

Ta-

T.

Tabernaculum 226. *Ejus partes fuere, sanctum sanctorum, sanctum exterius & atrium populi. 226. Ei succesſit templum.* 226

Templum *succesſit tabernaculo 226. Ejus partes fuere, sanctum sanctorum, sanctuarium, atrium Judæorum & atrium gentium.* 226

Tentatio *vid.* Crux.

Teſtamenta *ſunt diſpoſitiones mediorum ſalutis. 249. Teſtamentum unde dictum? Ejus Synonyma. 249. qvomodo à fœdere & pacto differat? 250. variè ſumitur. 251. Ejus definitio & diſtinctio in teſtamentum vetus & novum.* 251

Teſtamentum vetus. 252. *Variè ſumitur. Ejus cauſa efficiens, agens & movens; hæcqve externa vel interna, cauſa miniſterialis, ſubjectum ad qvod ſpectat.* 152. *Materia circa qvam, forma, finis & definitio. 253. Adjuncta.* 254

Teſtamentum novum, *hæc vox variè ſumitur, Teſtamenti hujus cauſa efficiens, agens, 254. cauſa efficiens movens interna & externa, cauſa miniſterialis, ſubjectum ad qvod ſpectat, materia circa qvam, forma, finis. 255. Definitio, adjuncta.* 256. 257

Teſta-

Testamenti V. & N. *convenientia.* 256. *differentia.* 258.259

Theologia. 1. *Ejus præcognita, Etymon, Synonyma, varia distinctio.* 1. 2. 3. 4. *Principium fiendi, essendi, cognoscendi* 5. 6. *Causa efficiens.* 5. *Finis* 5. 22. *Materia, forma.* 6. *subjectum.* 6. 70. *Definitio, methodus, divisio.* 7

Theologiæ conclusiones. 16

Tribulatio *vid. Crux.*

Trinitas 30. *Hujus sublimitas, mysterium unde notum? necessario credenda.* 30. *probatur ex vet. Testamento,* 31. *termini in hoc explicando mysterio occurrentes.* 31

Τρόπος ὑπάρξεως 31. 34. 33

V. U.

Verbum Dei *medium salutis.* 217. *Verbum Legis & Evangelii.* 217. *vid. Lex, Evangel.*

Vires naturales post lapsum. 99. *Earum principium, subjectum, objectum, forma, finis.* 100. *Synonyma.* 101. *vid.* liberum arbitrium.

Virtutes *cardinales, Theologicæ, intellectuales.* 123

Visio Dei. 64. *Ejus objectum, an ipsa essentia Dei? organum, an oculis corporis visuri aliqvando simus Deum.* 64. *visionis effectus.* 65

Vita

Vita æterna. 62. *Ejus Synonyma, an detur? Ejus bona essentialia, causa efficiens, materia in qva sive subjectum. 36. 63. Objectum, forma, bona privativa & positiva. 63. Inæqvalitas splendoris corporum an ex meritis piorum? 66. vitæ hujus πῦ. Initium perceptionis bonorum vitæ hujus. 67. Causa finalis, 66. Definitio.* 67

Unio *alia mystica. 209. alia personalis. 124. alia sacramentalis.* 236. 240. 243. 247

Vocatio *est actus gratiæ applicatricis. Ejus varia acceptio & distinctio. 184. 185. Causa efficiens. 185. 186. Forma, finis, objectum. 186. Definitio.* 187

Voluntas Adami, *qvalis ante lapsum?* 73

Voluntas Dei *est principium nostræ salutis, an indifferens sit? 110. distinguitur in universalem & specialem. 111. in antecedentem. 111. 115. & consequentem.* 98. 111

Voluntas hominis *ante lapsum. 106. post lapsum in statu corruptionis, reparationis, perfectionis æternæ vitæ.* 106. 107. 108

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0648
DFG

Rudolph hat
Vis [illegible] schrieben
1763

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730669343/phys_0650
DFG



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0651
DFG


Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0652
DFG

Regnum gloriæ 15
ministerialis, fo
Descriptio.
Renati *an volunt*
ta? 87. An qvàta
taria peccata? 89
ti?
Renovatio 214.
Synonyma, cau
gens & promere
materia, subjecti
minus à qvo & a
effectus mediat
tio, affectiones.
Reparatio *inchoa*
Reprobatio. 118. a
nonyma; causa
definitio, attrib
Reprobati *an pos*
Resurrectio Chr
varia acceptio
causa efficiens &
ria, forma, temp
Resurrectio mor
surrectionis va
surrectio? Eju

inus, causa
g. initium,
159.
ant pecca-
nt involun-
e reproba-
119
ceptio. 214
incipalis a-
rumentalis,
o. 215. *Ter-*
forma, finis,
atus, defini-
216.
mmata 109
ica? Ejus Sy-
ectum, finis,
118
? 119
s Synonyma,
qvod & qvo
gendi, mate-
escriptio. 176
Terminus re-
futura sit re-
s prima. 285
causa

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730669343/phys_0653
DFG